




FRIDERICI LUDOVICI ABRESCH

ANIMADVERSIONUM AD ÆSCHYLUM

LIBER TERTIUS.

ACCEDIT

DILUCIDATIONUM THUCYDIDEARUM AUCTARIUM.







ZWOLLÆ
Apud SIMONEM CLEMENT,
CIↃ IↃ CC LXIII.

SOCRATES

APUD PLAT. GORG. p. 288. E.

Ἐγώ εἰμι τῶν ἡδέως μὲν ἂν ἐλεγχθέντων, εἴ τι μὴ ἀληθὲς λέγοιμι· ἡδέως δ' ἂν ἐλεγξάντων, εἴ τις τὶ μὴ ἀληθὲς λέγοι. Οὐκ ἀηδέστερον μέντ' ἂν ἐλεγχθέντων ἢ ἐλεγξάντων· μεῖζον γὰρ αὐτὸ ἀγαθὸν ἡγοῦμαι, ὅσῳπερ μεῖζον ἀγαθόν ἐστιν, αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ μεγίστου, ἢ ἄλλον ἀπαλλάξαι· οὐδὲν γὰρ οἶμαι τοσοῦτον κακὸν εἶναι ἀνθρώπῳ, ὅσον δόξα ψευδής.

LECTORI BENEVOLO S.

Tandem, Lector, noſtras tibi exhibemus in poſtrema duo Æſchyli Dramata Animadverſiones, quæ licet a tempore, quod preſſæ fuerunt, nihil lucratæ ſint, auctiores tamen nunc ut compareant, quam ſi ſuis junctæ ſociis prodiiſſent, ſecuta inde fecit Hagenſis Poëtæ editio cum commentario Cl. Pauwii; cujus Notas dum perluſtro, aliquanto pluribus de locis, quam olim attigeram, dicendi occaſio nata. Idem per totum Æſchylum agere ſi voluiſſem, ſuperioresque Animadverſiones meas recognoſcere, ac doctiſſimi Pauwii cogitata cum meis conferre libuiſſet, nova haud dubie obſervandorum creviſſet materia. Sed abhorrebat animus ab inſtituenda denuo præcedentium Fabularum lectione, aliorumque induſtriæ indagandum relinquere malui,

 ſi

ſi quid aut in ipſo Tragico porro obſervare, aut in meis Notis corrigere potuiſſem.

Joſephi Scaligeri conjecturas in utramque Tragœdiam, quas meis interſperſi, acceptas refero Clariſſimo Valckenario, qui illas, de Viri Summi exemplari Edit. H. Steph. quod ſervat Bibliotheca Leidenſis publica, deſcriptas ante complures jam annos benigne mecum communicaverat.

Alteras Iſ. Caſauboni in ſolas Eumenides, ejusdem Editionis libro, in Bibliotheca Regia Cantabrigienſi, a Viro magno adpictas, humanitati debeo Viri Eruditiſſimi Simonis de Vries, qui cum inſigni præterea alio apparatu literario ex erudita in Angliam peregrinatione ſecum illas attulerat. Inter has quatuor occurrere monebat Vir Præſtantiſſimus, alia manu exaratas, & a Caſaubonianis, adpoſita litera S, diſtinctas; quas e

Sca-

Scaligeranis a quopiam eo fuiſſe translatas Valckenarii ſchedæ docebant. Quanquam autem Scaligeri nonnullæ a Gul. Cantero, plures quoque a Stanlejo, & ab hoc præcipuæ quæque Caſauboni emendationes aut in verſione, aut in Notis ſint occupatæ, non tamen ideo minus nobis gratæ eſſe debent.

Animadverſionum libellus paucas tantum plagulas cum impleret, comitem ei dedi alterum, in quo loca tractavi Thucydidis in Dilucidationibus vel præterita, vel quæ plenius explanari velle videbantur. Nonnulla nihil illuſtrari indiga eum tantum in finem utroque in libello adhibui, ut, invitante occaſione, hunc illumve ſcriptoris locum illuſtrarem, aut etiam interpretes, tacite tamen potius quam ambitioſe refellendo, corrigerem. Quos didici locum quempiam nova luce perfudiſſe, vel meis in Notis aliquid animadvertiſſe, his quod debui mi-

nerval ſolvi, ut illaudatos non reliquerim. Si qui præterea nominandi fuiſſent, eorum libros non vidi. Nam quod ad duplex ſpecimen Critico-cenſorium, quod recenſionis nomine Dilucidationum Thucydidearum Lipſiæ natum, & in ſplendidiſſimi tituli Actor. Erudit. opere Anno 1755. & ſequenti publicatum, ejus per ipſum Dilucidationum illarum Auctarium, rationem cur habendam non duxerim, per ſe facile Lector intelliget, ubi cenſuras, quas hic ordine omnes penitiſſime inſpiciendas dabo, cognoverit.

In ipſo igitur ſtatim prioris ſcripti proœmio non in me modo, verum etiam Batavos cenſura incumbit, quod, Germanus ſcil. horum more librum, quem cenſor in anguſtiora ſpatia contractum vellet, repleverim collectis undique obſervationibus, ſcriptorum locis, & Digreſſionum maxime diverticulis; quæ tamen ne ipſa quidem utilitate ſua vacare addit.

L. II. c. 47. Φθορὰν ὅτως ſcriptum accepi per ellipſin, pro οὕτω μεγάλην Φθορὰν, & inter alia locum citavi *Hegeſ. Delphi* apud *Athen.* At Lipſienſis criticus neminem fore credit, cui non multo ſimplicius videatur, ad verba illud οὕτως in ſingulis locis referre: partem quoque illius fragmenti lectoribus ſuis adponens, pro ἐνσχηθῆναι dum dedit ἐνεχθῆναι, nemo quis-

quiſquam, cui *Diluc.* aut *Athen* ad manum non eſt, ſenſum vel ſtructuram perceperit.

--- c. 48. Poſt *Æm. Port.* & *Fab. Paulin.* ex verbis, λεγέτω μὲν οὖν --- ἐς τὸ μεταστῆσαι σχεῖν ſuſpicionem de gloſſemate *H. Steph.* obortam remoturus, eo ſtructuræ ordine cum quibusdam ſupplementis verba propoſui, quo iſtud effici putabam. Ille vero meum illum ordinem daturus, verba non modo duobus vocabulis, ἱκανὰς εἶναι, trunca exhibuit, verum inſuper ſupplementa, accurate licet per uncinos ab ipſius loci verbis diſtincta, haud diſcernens, de voculis ὥστε & καὶ, quod poſterius *Reiskius*, nec ipſe gloſſema admittens, *Thuc.* vult reſtitui, nexui unice inſervientibus, ita diſputat, ut nihil hic ſe intellexiſſe prodat. Improbat quoque, quod μεταστῆσαι traxerim ad ſeqq. τοὺς ἀνθρώπους --- ὑγιεῖς ὄντας, neſcius, eodem referendum eſſe, perite jam vidiſſe *Portum* patrem. Quod vero ad gloſſema, id nimis ſibi quidem evidens videri ait, nec dignum *Thuc.* tam manifeſta ſynonyma ſic continuare.

--- c. 50. Pro uſu τοῦ ἅπτεσθαι de animalibus carnivoris citavi *Malch Rhet.* & *Chryſoſt.* horum vero, & quos ei præterea ſuppeditavit *Diluc.* p. 230. ſeq. *Ariſtidis*, *Procopii*, *Porphyrii*, *Heliodori*, *Xiphilini* aliorumque recentioris ævi ſcriptorum, teſtimonia faſtidiens, quum pag. 231. princ. typographi aberratione *Numerium* quoque legeret, nec hunc, pro *Numenio*, ſcriptorum in numerum referre dubitavit.

Lib. I. c. 2. Etſi Schol. commentum abſurdiſſimum, οὖσαν, ἀντὶ τοῦ εἶναι, jam exploſerat *H. Steph.* & *Grammius* in Annot. ad Schol. Gr. docuerantque, in conſtructione jungenda, ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, ut fecerat quoque *Iſ. Caſaub.* l. c. in *Diluc.* ego quoque ſuo ſtructuræ ordine, tyronum in gratiam,

ver-

verba propoſueram, ac dictionem, *ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον*, non de tempore tantum, de quo etiam apud *Phot.* Biblioth. p. 400. & 409. ſed & loco frequentaſſe *Procopium* oſtenderam; tamen Syntaxis illa, *ἐκ τοῦ οὖσαν*, usque adeo Lipſienſi Grammatico ſeſe porro probare potuit, ut me, qui junxi *ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον*, *veritum ſcribat*, *οὖσαν pro εἶναι accipere*, *quaſi vero talia in* Thuc. *metuenda ſint. At quibus*, rogat, *exemplis hunc probem loquendi modum; non ipſius*, *inquit*, Thuc. *non æqualium*, *non* Xenoph. *aliorumve*, *non* Polybii *ſaltem aut* Philonis, *ſed eorum*, *quos dixeris ſcriptorum.* Quibus omnibus quanto melius de *Thucydidea* dictione ſibi videatur judicare poſſe, ſuo ipſum præconio ita publicantem audias, dum ait, *quos ut plurimum largiamur*, *imitatores noſtri talem ſibi ſtructuram in* Thuc. *loco finxiſſe agnoſcimus.*

L. II. c. 51. Quum poſt Schol. Cl. *Duk.* καινοπρεπῶς ſcriptum a *Thuc.* videretur ἓν οὐδὲν, pro οὐδὲν, nec ullo exemplo a quoquam adſtructum eſſet, oſtendi, *Herodot. Plat.* & plures alios ſic locutos. Pro maſculino vero εἷς οὐδεὶς, quia nonniſi laudavi *Xiphil.* id ita taxat, ut *maſculinum εἷς οὐδεὶς unico* Xiphilini *exemplo illuſtratum dicat.* Monui eadem occaſione, τὶ itidem τῷ οὐδὲν ex abundanti junxiſſe *Herodot.* eundemque alibi, ut *Xenoph. Epheſ.* omiſſo, οὐδὲν, ſcripſiſſe, οὔτε τι. Hic ille carpit, exempla adferri τοῦ οὔτε τι, quaſi ignotæ formulæ. Adjeci, pro οὐδὲ εἷς & μηδεὶς inverſo ordine reperiri εἷς οὐκ & εἷς μὴ in *Herodot.* & *Xenoph.* atque priori quoque modo locutos ſcriptores ſacros, nec recte a *Vorſtio* in Hebraiſmis habitum. Hic rurſus quid noſter? ille vero verba, *priori modo* referre cum debuiſſet ad εἷς οὐκ, retulit illa ad οὐδὲ εἷς, & hoc ad Hebraismos me nolle referri adfirmat.

Hinc

Hinc conjecturam de loco *Charit.* L. V. p. 48. memorans, *Diluc.* p. 232. propositam, malle me ait, μὴ ȣ̓ δύνασθαι, aut ἄναγνον εἶναι μὴ δύνασθαι, ut in altero intelligatur καί. At cum nullum ibi verbum de conjunctiva, unde hoc commentum exsculptum sit, divinare nequeo.

---- Eodem cap. vs. 55. ἀνατιμπλάμενοι active sumi mihi posse videbatur, pro ἀνατιμπλάντες: sed quia pro usu isto aliud exemplum non suppetebat, ideo objectioni occursurus addidi, obtinere id multis in verbis, non apud *Thuc.* modo, verum quosvis alios, ut cujus nec ipsius vestigia reperiantur in Lex. ἐπιδέδονται apud *Euseb.* His vero omnibus suppressis, *adeo* inquit *necessarium erat, in re aut nota satis, aut ipsi* Thuc. *usitata, aut in poëtis certe nimis obvia, quasi in re desperata ac deperdita*, Eusebium *excitare!*

Diluc. pag. 236. in *Charit.* L. I. p. 5. pro ἦσαν καὶ κατέλιπον emendavi, ἔνησαν καὶ κατέλιπον, idque verti, *congesta reliquerunt.* Ille vero correcturus meam quasi versionem, ἔνησαν reddit *attulerunt*, ceu scil. esset ἤνεγκαν

---- c. 53. vs. 95. Quem institui structuræ ordinem se dare professus, onerat non modo in fine verba duobus vocabulis καθ' ἡδονὴν, ita exhibens, ῥᾷον γάρ τις, δρῶντες ---- ἐτόλμα ποιεῖν καθ' ἡδονὴν ἃ πρότερον ἀπεκρύπτετο μὴ (ποιεῖν καθ' ἡδονὴν) sed sibi plaudens addit insuper, *si sic maluissem:* ἐτόλμα, ἃ πρότ. ἀπεκρ. μὴ καθ' ἡδ. ποιεῖν, *ut in* ἐτόλμα *intelligeretur e seq.* ποιεῖν, *recte omnia habitura.* Et cum exempla verborum, quibus ex abundanti negativam Græci jungunt, produxissem *Paus.* Arc. p. 622. ubi de Epaminonda scribit, ὅτι τριήρεις τε μὴ ἐπιβῆναι, μηδὲ ἐπὶ νεὼς φορτίδος πλεῦσαι δεῖμα εἶχε. Ille haud videns,

dens, ſingulare prorſus eſſe exemplum, cui nil quidquam commune cum vulgari & omnibus cognita ſyntaxi, φοβεῖσθαι aut δείδειν μὴ, inter verba illa producta non δείδειν ſaltem, ſed quod uſus furcillat, δείδεσθαι mihi imputat.

---- c. 54. vs. 16. Ἀνεμνήσθησαν φάσκοντες per hypallagen ſcriptum ſtatui probat, pro ἔφασκον ἀναμνησθέντες, ſed more, addit, conſueto Græcorum Latinorumque. Hinc converſus ad ſpecimina e Digreſſionibus cum lectoribus ſuis communicanda, egregia quidem, omnia eſſe prædicat, ſed longe arceſſita, & parum iſto loco expectata aut requiſita. Sequuntur hinc tria falſiſſima. Primum, quod dicit, præpoſitionem πρὸς in προσπαρεσκευάζοντο (*Diluc.* p. 55.) accipi pro *præterea*, qui *adverſus* notare dixi. Alterum verſatur circa προτιμηθείη L. I. c. 133. in quo præpoſitionem abundare me ipſum agnoſcere adfirmat, & *Herodoti* loco *Thuc.* quidquam juvari negat. Falſiſſimum denique, ineptiarum me arguiſſe qui ex II. ad Cor. X, 10. plures epiſtolas Pauli extitiſſe ſuſpicentur. Verba mea *Diluc.* p. 134. habent, *apparere ex iis*, quæ præmiſi, *quam infirmo fundamento nitatur eorum opinatio.*

In Clauſula non dubitat Græcæ literaturæ ac Criticæ ſtudioſis librum noſtrum pro utiliſſimo commendare; At non tam ipſius *Thuc.* quam aliorum ſcriptorum cauſa.

Altero in ſcripto, ad quod perluſtrandum nunc accedimus, locus L. III. c. 81–84. agere dicitur de turbulento ſtatu Corcyræorum. Et tamen duo capita intermedia tota ſunt parenthetica, nec vel verbulum ibi de Corcyræcis.

---- cap. 82. init. in verbis διαφορῶν ὄντων--- ἐπάγεσθαι. Defunctum me mihi viſum dicit ſupplendo ὥςε ἐπάγεσθαι, repudiatis Schol. ſupplementis. At ſi-

sibi quidem nondum videri cuncta explesse, cum dativi, illi τοῖς προςάταις καὶ τοῖς ὀλίγοις, aliquid præterea supplementi requirant, quod difficilem illum, ut vocat, infinit. regat; qui cum haud dubio pendeat a διαφοραῖς, ad illas utique fuerit referendus.

In his notari velim primo loco, quod supplevisse dicor, ὥςε ἐπάγεσθαι, qui nonnisi ὥςε adsciscendum monui: tum supplementa vocari unicum Schol vocabulum ἀξιέντων: requiri denique audias aliquid præterea, & præter nostrum ὥςε, nec tamen indicari, quid requiratur. Imo nil quidquam requiri eodem spiritu adfirmari dicas, dum subjicit, eum haud dubie pendere a διαφοραῖς. Sed scil. non sunt nostro supplementa, quæ nos eo nomine intelligimus; verum ita vocat tam ipsa scriptorum verba, quam quæ ad sensum & structuram complendam extrinsecus adsciscuntur, ut patuit modo in ἐπάγεσθαι.

In verbis vs. 28. πολεμεμένων δὲ (τῶν Ἀθ. καὶ τῶν Λακ.) καὶ ξυμμαχίας ἅμα ἑκατέροις τῇ τῶν ἐναντίων κακώσει, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τε αὐτε προσποιήσει, ῥᾳδίως αἱ ἐπαγωγαὶ τοῖς νεωτερίζειν τι βελομένοις ἐπορίζοντο. Etsi jam Cl. *Duker.* in Annot. ad Schol. Gr. monuerit, jungenda in constructione πολεμεμένων αἱ ἐπαγωγαὶ, (aut si πολεμεμένων habeatur pro casu absoluto, supplendum inde αὐτῶν Genit. erit, qui regitur ab αἱ ἐπαγωγαὶ) nec de eo dubitare sinant illa prævia vs. 25. τὲς Ἀθ ἐπάγεσθαι καὶ τὲς Λακ. idemque doceat insuper institutus structuræ ordo *Diluc.* p. 357. tamen nostro adeo istud mirum est visum, ut ita dispersa ac disjecta per hyperbata orationis membra ordinandi, ac suum cuique locum assignandi intelligentiam, libidinem, licentiam ac pæne ἀσέβειαν appellet, neminemque fore sibi persuadeat, quin illico videat, ξυμμαχίας esse Genitivum ab ἐπα-

γωγαὶ pendentem, quod ne intelligi quidem absque alio possit. Et, licet bis Schol. Genit. ξυμμαχίας construi doceat cum προσποιήσει, machinas nihilominus se assequi posse negat, quibus nos eo illum traxerimus: cum, ut ait, & manifesto ista distinguantur, τῇ κακώσει τῶν ἐναντίων, καὶ τῇ προσποιήσει: & illa utique, καὶ τῇ κακώσει, transilire non liceat: neque aut ἐπαγωγαὶ simpliciter intelligi, aut ista commode dici queant: *inductiones sociorum fiebant ad comparandos socios.*

Sollicitum scil. videmus, quid jungat τῷ ἐπαγωγαὶ, circa προσποιήσει, ceu vero hoc magis præbere latus nudum posset, securum. Sed scil. interpretem secutus Latinum, cui quid fraudi fuerit, *Diluc. Auct.* p. 324. attigi, nec videns in nostro structuræ ordine utrique consultum, in hos se laqueos induebat. Sensum autem non absurdum illum, quem fingit, verum hunc esse sciat, *inductiones Athen. & Laced. fiebant, eoque tendebant, ut utraque factio eos sibi socios adscisceret, viribusque ac potentia inde acquisitis, altera alteram vexaret & attereret.*

---- vs. 53. ἐπιβουλεύεσθαι dixi, ea adhibitum virtute, qua frustra quæratur in Lexicis, & ἐπὶ vel notare *post*, vel *insuper*, ac recte Schol. illustrare per ἐπὶ πολὺ βουλεύσασθαι.

Ad hæc Lipsiensis moneri ait nisi hoc, ἐπιβουλεύεσθαι esse *sæpe deliberare;* quasi aut hæc vis insit præpositioni ἐπὶ, aut crebra deliberatio in vitio poni queat, cum *Thuc.* hoc loco nonnisi vitia commemoret, virtutum nominibus vestita & excusata.

Apparet, huic interpreti *post*, *insuper* & ἐπὶ πολὺ esse *sæpe*. Alii ἐπὶ πολὺ interpretarentur *diu.* Sed si *sæpe* & *diu* ei sunt æquipollentia, sciat saltem,

tem, diuturnam ac tardam deliberationem laudandam haud censuisse Socratem, cui in *Plat.* Charm. p. 238. C. οὐχ ὁ ἡσυχώτατος καὶ μόλις βȣλευόμενός τε καὶ ἀνευρίσκων ἐπαίνȣ ἄξιος, ἀλλ' ὁ ῥᾷςά τε καὶ τάχιςα τȣ̃το δρῶν. At qui, qualem præsens locus sistit, ἀσφαλείας ἕνεκα, ne calido ac præcipiti consilio rem aggrediendo labatur, cavet, ei utique prudentiæ laudem nemo denegarit. Quod si autem vitia tantum hoc loco commemorantur, vitia nostro sint oportet, μέλλησις προμηθὴς vs 49. τὸ σῶφρον vs. 50. τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν vs. 51. προβȣλεῦσαι vs. 57. & hujus loci ἀσφαλεία ἐπιβȣλεύεσθαι.

Hinc argumento omni exceptione majore ostendere volens, quam circa præpositionum emphasin sim pæne superstitiosus, locum, tanquam omnium oportanissimum, sibi delegit ejusdem

cap. vs. 70. ἀντιτιμωρήσασθαί τε τινα περὶ πλείονος ἦν, ἢ αὐτὸν μὴ προπαθεῖν. Hic cum mirarer, Schol. composita loco simplicium posita statuere; miratur & Noster, fuisse qui istis præpositionibus vim tribueret, quæ in ipsis verbis tota inesset, satisque monere me potuisse addit τὸ ἀντιπολέμιοι c. 90. vs. 36.

At legisset modo censor notata ad L. I. c. 34. *Diluc.* p. 42. vidisset, in verbis istis e præpositionibus compositis, & mutuo sese respicientibus, auctore *Hermogene*, ἀντιτιμωρήσασθαι esse, τιμωρησάμενον ἀμύνεσθαι δεύτερον, προπαθεῖν autem, φθάνειν παθόντα. In ἀντιπολέμιοι quo valeat præpositio, discat ex hujus libelli p. 434.

Occasione cap. 95. vs. 59. docui, ἤδη non de tempore modo usurpari, sed etiam de loco, & pro posteriori usu alterum dedi exemplum *Thuc.* de tempore unum ex eodem. Tum ob adjuncta duo *Ælia-*

liani, ubi ἤδη καὶ οὐκ εἰς ἀναβολάς. *Luciani* ἤδη οὐκ ἐς μακρὰν, & *Thuc.* ἀπὸ τοῦδε ἤδη.

Hic quid censor? occasione, inquit, vocabuli ἤδη, de loco adhibiti, opus esse putavit, ut etiam de tempore dici aliquot locis, ut ignotum, probaret.

Ultima crisis versatur circa locum *Charit* L. VIII. p. 130. ubi Callirrhoë Chæreæ, nuncio inopino de clade regis Ægyptii percito, ac propere, priusquam, quid sibi agendum videretur deliberasset, surgere & e conclavi prodire paranti dixisse fertur, ποῦ σπεύδεις; πρὶν βουλεύσασθαι περὶ τῶν ἐφεστηκότων· ἂν γὰρ τοῦτο δημοσιεύσῃς, μέγαν πόλεμον κινήσεις σεαυτῷ, πάντων ἐπισταμένων, ἤδη σου καταφρονούντων. Notat hic *D'Orvillius*, non distinguere Codicem post ἤδη, seque male habere hoc adverbium hic: nam certe adhucdum non despectum fuisse suis Chæream; quare melius forte referri putat ἤδη ad præcedens Participium. Hæc *D'Orvillius* Retinendam nos statuimus distinctionem vulgatam ante ἤδη; *Reiskium* recte vertisse, *omnibus*, *ubi intellexerint*, *te contemturis*, & καταφρονούντων Futur. esse secundum, non Præsens, pro quo habuerit *D'Orvill.* At longe aliter, censor, qui se adduci posse negat, ut Præsens in isto contextu, præsertim addito ἤδη, pro Fut. accipiat, nec sic potius interpretandum distinguendumque censeat: ἐπισταμένων ἤδη, σου καταφρονούντων; *cum omnes*, *qui rem sciunt jam*, *te contemnunt*. Nam quod præcedat, ἂν δημοσιεύσῃς, id non impedire putat, quominus quibusdam passim nota res fuerit. Qua ex epicrisi patet, censorem *D'Orvillii* distinctionem pro sua venditare: monitum nostrum de καταφρονούντων habendo pro Fut. non Præs. magno silentio transmitti; verbis ita distinctis sensum affingi, quem Græ-


Græca non præſtant, niſi inſerto articulo legatur, πάντων τῶν ἐπιςαμένων ἤδη, --- ac rem ſtatui quibusdam, & quidem paſſim, notam fuiſſe, quam interim nemini cuiquam, præterquam Chæreæ ejusque conjugi, antequam poſtero die in Cyprum pervenerant, & ſuis ibi indicaverat Chæreas, innotuiſſe, tantum non diſerte docet *Chariton.*

Hæc erant, quæ ad unamquamque cenſuram monenda videbantur, ne vel exigua literatura Græca contincti ſuo illas pretio non æſtimare noſſent. Vale Lector, & ſi quæ præſenti in libello te juvare poterunt aut delectare, iis ad commodum tuum fruaris; quæ minus placuerint, aut tibi prodeſſe putabis, rudioribus aliis, aut etiam doctioribus relinquas.

Scripſi Zwollæ XIV. Cal. Julii
CIↃ IↃ CCLXIII.

Extantiora vitia typographica, quæ ſe obtulerunt ita tolli velim. P. 10 vs. 6. leg. ὄμμασι. ibid. 26. pro *in* leg. *pro* 13: 12. Apollini. 61: 15. *H. Steph: Theſ.* 64: 24. ἐμοὶ. 89: 19. del. *de colore.* vs. 21. leg. *de colore iterum.* 98: 19. Ζηνὸς. 102: 8. poſt *intelligo* adde, *Forte monachi eſt commentum.* 109: 22. χθονὶ. 113. 17. μεγ. ται. 122: 21. πνέοντα. 133: 4. *ornandi.* 161: 25. *vel* με *intelligi.*
224:

224: 13. μόνον. 257: 4. poſt ἐπιπηδήσαντας adde, *quod ceterum verbum reſtitui ſibi poſtulat* L. V. c. 55. *& pro vulgato* ἐκπηδῶσιν leg. ἐπιπηδῶσιν, *quo ſenſu etiam apud alios, ut Baſil.* T. II. p. 388. A. 392. A. C. E. *Jo. Chryſ.* T. IV. *Op.* 56. B. *Them. Orat.* XXI. p. 245. A. *Luc. Tim.* c. 48. Pag. 259: 20. *&* ἀναγνῶσαι. 263: 1. poſt ἔχων add. *Conf. T. Wopkenſ. Lect. Tull. p.* 170. *ſeq.* 282: 10. πωλοῖτο. ibid. vs. 20. *Addenda* p. 824. 322: antepen. & 323: 18. c. 63. Pag. 324: 18. del. προσποιήσει. ibid. vs. 19. poſt *auxiliares* inſere, *&* προσποιήτει *potentiam compararent.* 361: 5. ſubjice, *ubi Cl. Adr. Heringa Obſ. Crit. p.* 17. *deleto* πρώτη, *leg. putabat*, ἑορτῆς --- Γαλινθιάδια. 371: 19. poſt ἐνίησι adde, *ſed dederat forte Ælianus*, βλητικὰ δὲ, --- *nam* περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν *librum ſcripſerat Theophraſtus.* 386: 11. *debuerint.* 409: 6. del. cuncta illa, δεῖ usque ad μοι. 420: 26. συναγείρεσθαί. 435: 5. *pro* ἔςιν ὡς. Levioris momenti errata in calcem libri rejecimus.



FRI-

FRIDERICI LUDOVICI ABRESCH ANIMADVERSIONUM AD ÆSCHYLUM

LIBER TERTIUS.



Ad Eumen. Vs. 1. Πρῶτον μὲν εὐχῇ τῇδε πρεσβεύω θεῶν Τὴν πρωτόμαντιν γαῖαν &c. Sic λόγῳ πρεσβεύειν in Choëph. vs. 629. Oracula ut se exceperint præter citatos apud *Stanl.* vid. *Plut.* T. II. p. 421. C. Schol. *Eurip.* ad Orest. vs. 163. *Meurs.* Crit. *Arnob.* L. V. c. 2. *Palmer.* Gr. Ant. VI. c. 8. & Cl. *Wessel.* ad *Diod. Sic.* T. II. p. 101. Mox μαντεῖον ἕζεσθαι, ut ἐνέζεσθαι στέγος Pers. v. 140. & σέλμα ἧσθαι Agam. vs. 191.

Vs. 5. Θελούσης οὐδὲ πρὸς βίαν τινός. Similiter θελήσας *volens*, pro ἑκὼν *Soph.* Œd. Col. vs. 790. & II. Ep. *Petri* cap. III. 5. λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας. Πρὸς βίαν uti *Soph.* in Ajac. vs. 1344. pro quo βίᾳ *Thuc.* L. VI. c. 92. τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος ἐκούσης, καὶ οὐ βίᾳ ἡγήσεσθε. De donis nata-

 li-

litiis vs. 7. vid. *Spanh.* ad *Callim.* H. Dian. vs. 74.

Vs. 9. Λιπὼν δὲ λίμνην, Δηλίαν τε χοιράδα. Sæpe ita λίμνη pro *mari.* In Suppl. vs. 538. *Soph.* Trach. vs. 646. ubi Schol. *Aristoph.* Av. vs. 1339. ibid. Schol. *Eurip* Herc. Fur. 410. *Hesych.* & *Suid.* Locum hoc vocabulum occupavit alienum in *Ael.* de Anim. L. V. c. 50. ubi hactenus legitur, ἡ δὲ λίμνη, καὶ ὁ ἔριφος, καὶ πῶλιον πᾶν, ἐπὶ τὰς μητρῴας θηλὰς ἔρχονται γεννηθέντα παραχρῆμα. Ille vero quin scriptum reliquerit, ἡ δὲ ποίμνη, vix erit qui dubitet. Χοιρὰς teste Schol. *Eurip.* ad Androm. vs. 1265. est πᾶσα πέτρα ἐξέχουσα, καὶ περικλυζομένη θαλάσσῃ, σπήλαιον ἔχουσα, ἐν ᾗ εἰώθει ἐκ θαλάσσης ἀνιοῦσα διατρίβειν ἡ Θέτις. quomodo nempe in postremis corrupta legenda puto. Forsan quoque pro ἐν ᾗ dederat, ἐν ᾧ. Δηλίαν χοιράδα *Noster* & *Euripides* cur scripserint, docet *Spanh.* ad *Callim.* H. Del. vs. 268. De Cyntho Deli monte præter *Arnaudtium* vid. *Potter.* ad *Lycophr.* vs. 574.

Vs. 17. Τέχνης δὲ νιν Ζεὺς ἔνθεον κτίσας φρένα. *Quod ad artem*; τέχνης δὲ (n. ἕνεκα) ὁ Ζεὺς κτίσας αὐτὸν ἔνθεον (κατὰ τὴν) φρένα. Schol. errorem, in quo versabatur quoque *Spanh.* ad *Callim.* H. Ap. vs. 98. Sed deseruit ad *Arist.* Ran.

Ran. vs. 192. tetigerat *Palmer.* Gr. Ant. L. IV. c. 8. Ad vs. 19. vid. *Spanh.* in *Callim.* H. Pall. vs. 121.

Vs. 23. Κωρυκὶς πέτρα-δαιμόνων ἀναστροφή. Per ἀναστροφὴν δαιμόνων quid intelligat, ipse veluti declarans addit, Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον, nempe διατριβὴν, & locum ubi quis ἀναστρέφεται ac versatur. Verbum inter plures ita habetur in *Æsch.* de F. L. p. 49. med. *Aristid.* T. p. 141. & in Lit. Sacr. In rem vid. Cl. *Wessel.* Diss: *Herodot.* p. 199. *Spanh.* ad *Aristoph.* Nub. vs. 604. In Schol ad vs. 26. pro δίκῃ leg. δίκην, ut est apud *Robort.*

Vs. 30. Τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῷ ἄριστα δοῖεν. Idem nonnunquam Græcis εἴσοδοι, quod πρόσοδοι, *reditus*, *honoraria*, quæ ipsa notio non videtur excludenda. *Aristid.* T. 1. p. 82. ὅσαχοῦ δὲ Ἀσκληπιῷ εἴσοδοι ἀνεῖνται πανταχοῦ γῆς, καὶ διὰ πάντων ἡ (ita *Cant.* in Cur. Post. pro vulgato οἱ) κοινωνία τῷ πατρὶ σώζεται, νεῶν, θυσιῶν, παιάνων, προσόδων. *Pind.* Pyth. V. vs. 156. ἐπιχωρίων καλῶν ἔισοδοι. *Suid.* εἴσοδος, εἰσφορά. Tum μακρῷ ἄριστα, ut apud *Aristiden* l. d. μακρῷ πάντων ἄριστοι. *Aristoph.* Pac. vs. 672. εὐνούστατος μακρῷ. *Ael.* de Anim. XIV. c. 8. ἐγχέλεις πιότατοι μακρῷ. & in *Nostri* Prom. vs. 889. μακρῷ ἀρι-

ἀριστεύειν. Verſu ſeq. leg. κ'εἰ πάρ' i. e. πάρεισι.

Vs. 35. Πάλιν μ' ἔπεμψεν ἐκ δόμων τῶν Λοξίε. Interpres non bene, *iterum me miſit*. ἔπεμψεν ἐκ valet, ἐξιέναι ἐποίησεν, illa nempe δαυλ, quo & retulit Schol. ad vs. 38. in quo leg. δείσασαν. Πάλιν heic valet *retro*; at *iterum* in *Plut.* T. II. p. 408. A. ὑπειπὼν ὃν ὁ Θεὸς, ὅτω πάλιν αὐτὸν ἐξέπεμψεν. Permutatum interdum occurrit cum πόλιν, ut in *Zenob.* Cent. II. Prov. 99. & *Apoſtol.* VI. No. 39. collato *Suid.* V. Γλῶσσα & Πόλιν. Locum ejus πάλαι invaſit in *Ael* de Anim. XVI. c. 18. ᾗ μυρμήκων μὲν Ινδῶν πέρι ἔιρηται πάλαι. Leg. cum interprete πάλιν, *iterum dicere fert animus*. Schol. ad vs. 36. non explicare σωκεῖν, ſed ἀκταίνειν, perite vidit doctiſſimus *Rhunk.* ad *Tim.* Lex. p. 14. ubi de iſto verbo plura. Vs. 38. tollenda ante οὐδὲν diſtinctio, ut abeſt ab Editt. priſcis. Quæ de ſcenæ ratione notat *Pauwius*, hauſta ſunt ex Schol. ad vs. 64.

Vs. 40. Ὁρῶ ἄνδρα θεομυσῆ ἕδραν ἔχοντα καὶ νεοσπαδὲς ξίφος. *Turn.* & *Ald.* legunt θεομισῆ, quod verum puto, etſi non ignorem, quid iſta ſede plerumque requirat metrum. ἕδραν ἔχειν occurrit rurſus infra vs. 857. & Perſ. 466. Comma poſt ἔχοντ' transponam, ut νεοσπαδὲς ξίφος eadem ab ellipſi τῆς κατὰ pendeat, un-

unde τὸ χεῖρας. Vid. Schol. ad vs. 64. Νεοσπαδὲς recte Schol. videtur exponere per τὸ νεωςὶ ἐσπασμένον. *Hesych.* Νεοσπαδῆ, νεωςὶ τὰ σπάθη περικείμενον, ἅ ἐςι φάσγανα. prout cum *Soping.* emendandum puto, locum forsan intendens cujuspiam scriptoris; in quo legebatur (τὸν) νεοσπαδῆ (τὰ) σπάθη. In *Soph.* Antig. vs. 1230. (1334.) ἁρμὸς χώματος λιθοσπαδὴς videtur dici, χῶμα ἐκ λίθων συγκείμενον. Προστρόπαιον Schol. expl. ἱκέτην, nimium restricte. Plenius *Suid.* quem vide, & ex eo *H. Steph.* Thes. De V. μυχὸς vs. 39. conf. *Spanh.* ad *Callim.* H. Del vs. 161.

Vs. 45. Λήνει μεγίςῳ ἀργῆτι μαλλῷ. Adscripserat V. λήνει *Is. Casaub.* vid. *Apoll. Rhod.* & habet ejus locum *Stanl* in Not. *Arnaudtium* pro μεγίςῳ conjecisse leg. μὲν οἰὸς, discimus ex *Valcken.* Not. ad *Eurip.* Phœn. p. 361. At præcessit jam μὲν vs. 40. cui sua ἀπόδοσις vs. 46.

Vs. 53. Ῥέγκουσι δ᾽ οὐ πλαςοῖσι φυσιάμασι. Verbale hoc una cum verbo φυσιᾷν infra vs. 248. ignorat *Steph.* Thes. ῥέγκειν, non ῥέγχειν probant *Thom Mag.* & *Mœris*, ad quos vid. Viri docti. Orta ista διττογραφία a Librariis, ut bene ad *Mœrin* monet *Pierson.* Hinc in *Agath.* L. III. p. 89. legas, εὑρὼν ἅπαντας ἀνειμένως εὕδοντας ἀναπαυομένους καὶ ὑπορρέγχοντας. at

L. IV. p. 122. ἐκάθευδον καὶ ὑποῤῥέγχοντες ἔκειντο. quo ceterum compoſito ditare datur *Steph.* Theſ. Ῥέγχης quoque editur in *Antiſth.* Orat. in Ulyſſ. prope finem, ἀλλ' ἡνίκα ἂν ῥέγχῃς σὺ, τηνικαῦτα ἐγὼ σώζω σε. *Dio Chryſ.* Serm. VIII. p. 132. D. τὰς μὲν ἡμέρας ὅλας ἐσθίοντες, ἐν δὲ ταῖς νυξὶ ῥέγχοντες. *Baſil.* T. II. p. 27. B. ἐπὶ μαλακῆς κοίτης ἀνατεταμένον (*exporrectum*, ita leg. pro ἀνατετραμμένον) καὶ ῥέγχοντα διαζῆν. *Suid.* Ῥέγχουσι, τοῦτο ποιοῦσιν οἱ βαθέως καθεύδοντες· οἱ δὲ, μὴ φροντίζοντες κοιμῶνται. Sic hæc diſtinguenda exiſtimo, hoc ut dicant, *alii vero*, nempe exponunt, *incurioſi dormiunt.* De equis *Eurip.* Rheſ. vs. 785. ἔρεγχον θυμὸν πνέουσαι. Vs. 51. δεῖπνον φέρειν, ut ἱερὰ φέρειν in ejusdem Hec. vs. 804.

Vs. 54. Ἐκ δ' ὀμμάτων λείβουσι δυσφιλῆ βίαν. Quod Choëph. vs. 1058. ἐξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές. Hinc αἱματωποὺς vocat *Eurip.* in Oreſt. vs. 256. In Schol. vs. 55. *Scal.* correxerat, περικείμενον.

Vs. 58. Οὐ δή τις αἶα τοῦτ' ἐπεύχεται γένος τρέφουσ' ἀνατεὶ μὴ μεταστένειν πόνων. Recte *Pauwius* ex *Robort.* revocandum vidit, οὐδ' ἥτις. Participium τῷ ἐπεύχεσθαι *Noſter* itidem junxit in Agam. vs. 1271. ἐπεύχομαι ἀπαλλαξείων *Ephr. Syrus* p. 99. μὴ

μὴ valet, ὥστε μή. Tum ſive μεταστένειν πόνων dictum accipias, pro ἕνεκα πόνων, ut ἡ μετὰ eandem exerat virtutem, quam in μετανοεῖν & μεταμέλεσθαι, quibuſcum comparat quoque *Euſt.* ad Od. Δ. p. 167. vs. 6. Sive pro στένειν μετὰ πόνων, aut etiam cum *Arnaudtio* præferas caſum quartum πόνον, idem manebit ſenſus. Schol. ad vs. 59. ſic leg. πόνων] τῶν τῆς ἀνατροφῆς. Vel ſi is forte πόνον ſuo habuit in libro, πόνον] τὸν τ. ἀ.

Vs. 64. Οὔτοι προδώσω ---- ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων. *Non prodam, non deſeram.* Similiter *Ariſtoph.* Thesm. vs. 933. οὐ προδώσω σ' οὐδέποτ' ἤνπερ ἐμπνέω. Tum οὐ γενήσομαι πέπων in re idem, quod ἔσομαι ὠμός. *Artemid.* 1. Onirocr. c. 69. πέπονα τὸ προσφιλὲς οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν. & ibid. τὸ ἔκλυτον πέπον καλεῖται. Add. *Heſych. Suid.* Schol. *Ariſtoph.* ad Eq. vs. 260. *Etymologum* & *Euſt.* ad Iliad. B. p. 159. ſeq. De Apolline ἰατρομάντι *Spanh.* ad *Comici* Plut. vs. 11. *Callim.* H. Apoll. vs. 46. & de καθαρσίῳ ad *Julian.* p. 259. B.

Vs. 67. Καὶ νῦν ἁλούσας τάσδε ὁρᾷς ὕπνῳ· πεσοῦσαι δὲ ---- ὅμως φεῦγε. Intellige ceu ſcriptum legeres, καίπερ δὲ πεσοῦσαί εἰσιν εἰς ὕπνον, ὅμως φεῦγε αὐτάς. Plene *Eurip.* Oreſt.

Orest. vs. 217. εἰς ὕπνον πεσεῖν. pro quo εὕδειν πεσόντα supra Agam. vs. 575.

Vs. 69. Αἱ κατάπτυςοι κόραι γραῖαι, παλαιαὶ παῖδες, αἷς ἐ μίγνυται &c. Sic distinguam cum *Stanl.* nec aliter Schol. cujus verba ita constituo. Κόραι γραῖαι, παλαιαὶ παῖδες] πολιαὶ γάρ· παῖδες δὲ διὰ τὸ νέον ἢ ἐπειδὴ ἄγαμοι ---- & πολιαὶ habet *Robort.* Μίγνυται post *Stanlejum* perperam de concubitu intelligit *Pauwius*, cum nil aliud dicant verba, quam nullum Eumenidibus cum quoquam aut deo aut homine, imo ne fera intercedere commercium, utpote quæ σκότον νέμοιντο τάρταρόν τε ὑπὸ χθονὸς, quod sequitur, nec proinde ad eas sit aditus. Quin ipsæ de se vs. 348. γεγνομέναις λάχη τάδε ἐφ' ἁμῖν ἐκράνθη ---- ἐδέ τις ἐςι συνδαίτωρ μετάκοινος &c. & vs. 73. vocantur μισήματα ἀνδρῶν καὶ θεῶν Ὀλυμπίων. Add. vs. 185. seqq. & 197. Vs. 71. ἐγένοντο verti debuit, *natæ* seu *genitæ sunt*.

Vs. 75. Πλανοςιβὴς χθὼν vel est, *terra erroribus calcanda*, vel sensu agente, ut solent istius modi nomina itidem notare, *errare faciens*. Prius videtur antehabendum, ut dicat, τὴν μετὰ πλάνε ςειβομένην. Apud *Xen.* I. K. A. p. 95. legimus ςειβομένας ὁδὲς. Edit. *Ald. Turn.* & *Rob.* pro βεβῶτ, quod nunc editur,

&c.

& correxerat quoque *Casaub.* habent βεβῶντ'. In Schol ad vs. 75. scribendum ἐλάσυσι, bene monet *Pierson.* ad *Moerin Atticist.* p. 146. Vs. 77. *Ald.* & *Robort.* dant, ὑπέρ τε πόντυ, quod æque bonum. Vs. 78. μὴ προκάμνειν, ut *Thuc.* II. c. 39. Vs. 82. μύθους ἔχειν, ut Lat. *sermonem habere.*

Vs. 91. Τόνδε ποιμαίνων. i. e. *curans* & διὰ φροντίδ@ ἔχων. *Longus* L. II. p. 35. νῦν Δάφνιν ποιμαίνω καὶ Χλόην. *Pind.* Isth. V. vs. 15. ζωᾶς ἄωτον μὗνα ποιμαίνοντι. ubi Schol. *Plat.* Lys. 108. D. τῦτο τὸ σῶμα ποιμαίνει ἄλλ@ καὶ θεραπεύει. Sic ποιμὴν, *Noster* Suppl. vs. 774. ναῶν ποιμένες. & δώρων *Pind.* Nem. VIII, 11. Conf. ad *Soph.* Ajac. vs. 361. Schol. *Suid.* V. ποιμένων. & Cel. *Valcken.* Not. in *Eurip.* Phœn. vs. 1147.

Vs. 99. Αἰτίαν ἔχω κείνων ὕπο. Ut *Thuc.* L. VI. c. 46. ult. & ταῖς ὑπὸ τῦ νόμυ αἰτίαις ὑπεύθυνον εἶναι *Plut.* T. II. p. 214. B. Citra personæ casum & præpositionem infra vs. 582. αἰτίαν ἔχω τῆς τῦδε μητρὸς τῦ Φόνυ. & *Aristoph.* Vesp. vs. 504. αἰτίαν ἔχω ταῦτα δρᾷν. Add. *Casaub.* Anim. in *Athen.* IX. c. 2. φιλτάτων nomine versu seq. quos intelligant Græci, docet Cl. *Valcken.* ad *Eurip.* Phœn. p. 162.

Vs. 103. Ὅρα δὲ πληγὰς τάσδε καρδίας

σέθεν· Εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται. *Robort.* καρδία. Recte *Stanl.* post *Casaub.* corrigit, καρδίᾳ. Corde animoque videre atque percipere jubet, quod oculis non poterant, utpote dormientes; ratione subjecta, εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασι λαμπρύνεται. Cyrus ad filios apud *Xen.* VIII. K. Π. p. 656. ἐννοήσατε, inquit, ὅτι ἐγγύτερον μὲν τῷ ἀνθρωπίνῳ θανάτῳ οὐδέν ἐστιν ὕπνου· ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ τότε δήπου θειοτάτη καταφαίνεται, καὶ τότε τι τῶν μελλόντων προορᾷ. Vid. & *Stanl.* φωνῇ ὁρᾷν, per αἴσθησιν ἀντὶ αἰσθήσεως, ut scribit Schol. *Nic.* ad Ther. vs. 165. dixit *Soph.* Oed. Col. vs. 136. & φωνὴν ὁρᾷν Græci Bibliorum interpretes Exod. XX, 18. quem intendens locum *Philo Jud.* Lib. de Decalogo p. 576. E. πᾶς, inquit, ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνὴν ἐμφαντικώτατα, additque, τὴν μὲν γὰρ ἀνθρώπων ἀκουστὴν εἶναι συμβέβηκεν ὁρατὴν δὲ ὡς ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ. Conf. Not. ad *Thom. Mag.* p. 355. Λαμπρύνεσθαι, ut *Aristoph.* Plut. vs. 635. ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας. & quæ verba cum sua fecerit *Ael.* de Anim. XVII. c. 20. λελάμπρυνται in λελάμπρυται excusum nollem in Edit. Noviss. Vid. de hac flectendi ratione præter *Comici* Schol. *Eust.* ad Iliad. B. p. 143. vs. 22. & *Odyss.* M. 497, 14. ὠμματωμένην φρένα legimus su-

ſupra in Choëph. vs. 852. De numerorum permutatione, heic quæ obſervatur in σέθεν, tum ἐλείξατε, vs. 113. ὑμῖν. ſeq. ἀκούσατε, & reditus inde ad unitatis numerum ὑπνώσσεις vs. 131. abunde alibi dictum.

Vs. 105. Ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν. Nil proprie hic verſus cum præcedenti ad Eumenidas. Sed ſolent ſcil. poëtæ, Tragici præcipue, præcepta & ſententioſe dicta frequenter interſpergere. Interim argumentum continent à minore; quaſi dixiſſet, ſi quod inconfeſſo eſt, mens humana corpore ſopito, cernit acrius, quanto iſtud magis de vobis deabus credi par eſt? moneo ob *Pauwium*, qui heic quoque reprehendit poëtam. Ἀπρόσκοπος ſolitarium hactenus, nec extra hunc locum aliud iſtius verbi exemplum ſignificatione *non prævidendi* mihi occuriſſe memini; at pro ἀσκανδάλιστος, a προσκέκοπα, ſatis obvium. *Baſil.* T. I. p. 21. E. ἀπρόσκοπον διατηρῆσαι τὴν ζωήν. Ep. 222. p. 335. C. ἀπρόσκοποι τῶν ποδῶν αἱ κινήσεις, Ep. 267. ἀπροσκόπως παρελθεῖν τὰς ἡμέρας τῆς παρεπιδημίας ἡμῶν. Tom. I. Hexaëm. II. extr. prius cum vulgaretur ἀπρόσκοπτον, quomodo & inde citat *Suicer.* in Theſ. Eccleſ. *Benedictini*

e Codd. perite reſtituerunt lectionem genüinam. Add. *Theoph. Sim.* Hiſt. V. c. 1. & Not. ad *Heſych.* Compoſitionis ejusdem exemplum ſimile, cujusmodi ἀπροσκοπεῖν, pro μὴ προορᾷν, apud eundem Lexicographum, vix aliud in tota Græcitate dari puto. Προσκόπτειν & σκανδαλίζεσθαι junxit *Apoſtolus* ad Rom. XIV, 21. & prius cum προσκοπεῖν permutatum vidimus alibi. In Schol. ad vs. 104. leg. περιπλανώμενος. Vs. 108. in ipſo *Æſchylo* ex *Ald.* & *Rob.* νυκτὶ σεμνὰ, prout correxerat quoque *Caſaub.*

Vs. 112. Ἐκ μέσων ἀρκυςάτων ὤρουσεν. *Pind.* Nem. I. vs. 75. ὀρούειν ἀπὸ ςρωμνῆς, quod aliis ἀναδραμεῖν, ἀναπηδῆσαι, aut ἀναθρώσκειν. Apud *Herodot.* III. c. 155. Δαρεῖος ἐκ τοῦ θρόνου ἀναπηδήσας. VII. c. 15. Xerxes ἀνέδραμε ἐκ τῆς κοίτης. add. c. 212. 218. L. III. c. 36. & VII. c. 18. ubi ἀναθρώσκειν. In *Pind.* Pyth. X. vs. 95. τῶν ἕκαςος ὀρούει, τυχὼν σχέθει φροντίδα Schol. expl. ἐρᾷ καὶ ἐπιθυμεῖ, ad ſenſum bene, etſi re ipſa a ſignificatione conſueta haud recedat; ſupplendus enim infinit. τυγχάνειν. Participium ἐγκατιλλώψας hoc e loco pro Infinit. reponendum in *Heſychio* coniicit ibi *D. Heins.*

Vs. 114. Ἀκούσαθ' ὡς ἔλεξα τῆς ἐμῆς πέρι ψυχῆς. Ideo credo περὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς ſcri-

ſcripſit, non περὶ ἐμοῦ, quia εἴδωλον loquitur. Ἀκούσατε pro ἠκούσατε, augmento neglecto, de quo *Jodoc. Joan. Struchtmejerus* Anim. Crit. Lib. II. c. 7. & ſupra ad Perſ. vs. 320. Sed quod extra verſus choricos apud poëtas Atticos admittere nolunt alii. Vid. doctiſſimum *Valcken.* ad *Eurip.* Phœn. p. 321.

Vs. 118. 119. Μύζοιτ' ἂν προσίκτορες. Exprobrantis ſunt verba, *ſtertatis licet ſecure; neque enim ut inimicis meis*, Apolline nempe & Palladi, *ſic vobis ſunt ſupplices*, qui ſcil. dormire vos impediant.

Vs. 124. ſeq. Ὤζεις ---- Τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά; De voce ὤζειν eadem fere, quæ heic Schol. laudato *Æſchylo*, ſcribit *Euſtath.* ad Iliad. B. p. 95. ult. add. *Ariſtoph.* Veſp. vs. 1518. & Schol. Verborum poſteriorum mens ſubobſcura. Schol. expl. τί οὖν μέλλεις τὸ σὸν ἔργον ἀνύειν; *quid igitur cunctaris opus tuum*, ſive quod tuum eſt, *exequi?* qui ſi dediſſet, τί οὐ μέλλεις, ſenſus foret, *quid, nonne executura es* ---- atque ita πέπρακται ſumſiſſet, pro πρακτέον ἐστὶν, ut nonnunquam præteritum pro Futuro adhibitum vidimus alibi. Verba hoc videntur dicere, *quid unquam factum a te præterquam ſtruere mala?* i. e. cum

nunquam non nocere soles, tum in me quoque more tuo uteris, dum injuriam & vim mihi inlatam vindicare negligis.

Vs. 130. Λαβὲ, λαβὲ, λαβὲ, λαβὲ, φράζε. Interpretis aberrationem circa τὸ φράζε jam correxit V. D. *Misc. Obs.* Vol. II. T. II. p. 167. & ita φράζεσθαι in *Soph.* El. vs. 215. & 386. Oraculo apud *Paus.* Phoc. p. 840. Poëta de Viribus Herb. in *Fabric.* Bibl. Gr. Vol. II. p. 654. atque apud alios. De eodem vocabulo aliquoties repetito vid. *Spanh.* ad *Callim.* H. Pall. p. 532. Conf. *Arist.* Thesm. vs. 920. *Eurip.* Orest. 219. Rhes. 675. *Xen.* V. K. A. p. 427. Verbum ἐγκρατεῖν vs. 129. est inter omissa apud *H. Steph.*

Vs. 131. Κλαγγαίνεις δ' ἅπερ κύων. Lexica κλαγγαίνειν non norunt, sed κλαγγάνειν. citantque ex *Xen.* Cyneg. ἐπανακλαγγάνειν, quod reperitur p. 571. vs. 22. & 576, 7. Conf. *Pollux* L. V. 86. cum Not. *Jungerm.* Sequitur, μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου. i. e. τὴν τοῦ πόνου φροντίδα. τὴν περὶ τὸ διώκειν τὸν θῆρα οὐκ ἐκλιπών. pro quo S. C. Theb. vs. 850. μέριμναν ἀμφὶ τὸ οὐκ ἀμβλύνειν.

Vs. 134. Τί δρᾷς; μή σε νικάτω πόνος. *Soph.* Ajac. vs. 71. τί δρᾷς Ἀθάνα; μηδάμῶς

μῶς σφ' ἔξω κάλει. Lat. *quam rem agis?* add. ibi *Stolberg*. Locutio μαλθαχθῆναι ὕπνῳ, quæ ſuccedit, extat itidem apud *Oppian*. V. Hal. vs. 616.

Vs. 135. Ἄλγησον ἧπαρ ἐνδίκοις ὀνείδεσι. Per ὀνείδη ἔνδικα intelliguntur verba Clytemnæſtræ reprehenſoria vs. 94. ſeqq. quæ ſtatim vocat ἀντίκεντρα, & vs. 469. ἄλγη ἀντίκεντρα. i. e. ὀνείδη atque ἄλγη, quæ haud ſecus atque aculei cor pungunt, & ut Schol. ἴσα ſunt μαςίγων.

Vs. 137. ſeq. Οὐδ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπουρίσασα διώγμασιν. *Stanl.* ut *Caſaub.* emendat, σὺ δ', diſtinctione ſublata poſt πυρί. *Scal.* ὧδ' legit. Receptum οὐδ' ut ſubſiſteret, ſcriptum oporteret, ἀπουρίσασα, & comma poni poſt ἀτμῷ. fuit forſan primitus, πνεῦμα 'πουρίσασα. Quicquid de eo eſt, admiſſa correctione σὺ δ', erit, σὺ δὲ ἐπ. πν. αἱμ. τῷ ἀτμῷ, itidem nempe αἱματηρῷ: nam vs. 253. Erinnys, ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ, adeoque qualis eſt vapor & ἀνάδοσις, talem immitti vult ventum: ἀπουρίσασα ſi dedit, fuerit, ceu legeretur, οὐδὲ ἀπουρ. πν. αἱμ. τῷ ἀτμῷ, καὶ κατισχν. πυρὶ νηδ. ἕπου, καὶ μάρ. αὐτὸν δευτ. διώγ. *tu vero aucto igne inteſtino, & in viſceribus ejus ex matris cæde jam incenſo ac ſæviente, perſequere, defatiga, eumque marceſcere fac altera*, ſeu *ſecunda*

per-

perſecutione. Vel breviter, *fatigato exagitatoque jam furiis internis, alteras a te adde atque incute*. Recte *Heſych*. Ἐπουρίσας, ἐφορμήσας expl. conf. ſupra ad Perſ. vs. 605. & ad *Heſych*. Not. In *Ariſt* Thesm. vs. 1241. ibi laudato, τρέχε ἐπουρίσας, ſupplendum σαυτὸν, adeoque ἐφορμήσας. Προσουρῆσαι extat ejus in Ran. vs. 95. in *Soph*. Oed. Tyr. 715. intranſitivum οὔρησας, in omnibus Editt. teſte *H. Steph*. in Theſ. imo & *Suida*, ubi *Kuſter*. locum occupavit τοῦ οὔρισας. Δίωγμα idem quod δίωξις & διωγμός. *Eurip*. Hal. vs. 21. 360. 1639. *Longus* Paſt. III. p. 79. ἐγένοντο καὶ τράγων διώγματα. In *Xen*. Cyneg. p. 570 vs. 32. κύνες τὰ διώγματα ἀφεῖσαι. *Steph*. Theſ. L. Gr. T. I. p. 1028. B. *prædam* interpretatur, quam canis inſequitur, quaſi dicas *conſectamentum*; eccur vero non æque recte vertas, *inſequi omittentes*, vel *ab inſequendo deſiſtentes*, τὴν δίωξιν ἀφεῖσαι. Eadem Viri doctiſſimi eſt hæſitatio circa V. ἔκτρωμα, de quo adi Cl. *Alberti* ad *Heſych*. & quem laudat *Wolf*. Cur. Phil. in I. ad Cor. c. XV. com. 9.

Vs. 140. Ἔγειρ', ἔγειρε καὶ σὺ τήνδ', ἐγὼ δέ σε. i. e. ἐγὼ ἐγείρω σε, σὺ δὲ καὶ ἔγειρε ἔγειρε τήνδε. Tum μετὰ τὸ, ut in Prom. vs. 57. Mox ἄφερτος e vocabulis eſt, quæ *Noſtro*

ſtro frequenti in uſu. Vid. Agam. vs. 403. 573. 1110. 1609. Choëph. 440 467. Mox vs. 147. leg. forſan, οἴχεται θ' ὁ θήρ. Deinde ὕπνῳ κρατεῖσθαι, quod vs. 17. ὕπνῳ ἁλῶναι. In Agam. 299. & 921. νικᾶσθαι ὕπνῳ.

Vs. 152. Ἐξέκλεψας. *Decipiendi* ſenſu ἐκκλέψαι eſt in *Soph.* Phil. vs. 56. cujus verba quod ob hyperbaton paullo obſcuriora, ſuo ſtructuræ ordine adponemus, ὅταν, ait, ἐρωτᾷ σε ἡ Φιλοκτήτου ψυχὴ (i. e. ὁ Φιλοκτήτης) τίς τε (εἶ) καὶ πόθεν πάρει; δεῖ (σε) λέγειν, Ἀχιλλέως παῖς (εἰμι·) τόδ' οὐχὶ κλεπτέον· (ὅρα) ὅπως λέγων ἐκκλέψῃς (αὐτὸν) λόγοις. De V. ἄθεος vid. *Spanh.* ad *Comici* Plut. vs. 492. de altera πικρὸν *Valckenarius* ad *Eurip.* Phœn. p. 352. Præceſſit ἐπίκλοπος, quod *Heſych.* inter alia expl. δόλιος, ut junxit δολερὸν καὶ ἐπίκλοπον *Baſil.* T. I. p. 65. D.

Vs. 155--161. Ἐμοὶ δ' ὄνειδος &c. Intelligo ceu ſcriptum legerem, ὄνειδος δὲ (ὡς) ματίκτορος δαΐου δαμίου μολόν μοι ἐξ ὀνειράτων πάρεστιν, (ὃ) ἔτυψέ (με οὕτως) δίκην διφρηλάτου κέντρῳ μεσολαβεῖ ὑπὸ φρένας (καὶ) ὑπὸ λοβὸν, (ὥστε) βαρύ ἐστιν ἔχειν (ἡμᾶς) τὸ περίβαρυ κρύος. Poſſis & paulo aliter conſtruere, ita nempe, ὄν. δὲ μολ. ἐξ ὀν. πάρ. μοι (ὃ ſive καὶ) ἔτ. (με) δίκ. μαστ. διφ. δ. δ. μεσ. κέν. ὑ. φρ.

ὑπὸ λ. (ὥςε) βαρὺ --- Sed eodem redundat, & utroque modo post κέντρῳ distinctio minima ponenda. Illud ὄνειδ☉ μαςʹ. δ. δ. Clytemnæstræ sunt ὀνείδη vs. 95--137. quibus se dicit per somnum petitam ac veluti stimulo & aculeo medium in cor adacto, ita vulneratam; ut difficile sibi accidat horrorem perferre. Κέντρον μεσολαβὲς vocat, κέντρον τὰ μέσα λαβὸν ἢ τιτρῶσκον. Vox περίβαρυς desideratur apud *Steph.* Κρύ☉ ut S. C. Theb. vs. 840. De ellipsi V. ὥςε habuimus passim. Add. *Kuster.* ad *Aristoph.* Eccles. vs. 730. quem miror eandem non admisisse Av. vs. 63. οὕτω 'ςι δεινὸν, ὐδὲ κάλλιον λέγειν. sed sensus gratia velle legi, τοῦτ' ἔςι δεινὸν --- qui tamen, modo intelligatur ὥςε, citra emendationem procedit, οὕτω 'ςι δεινὸν, ὥςε κάλλιον ὐδὲ λέγειν.

Vs. 168. Πάρεςι γᾶς ὀμφαλὸν προσδρακεῖν αἱμάτων βλοσυρὸν αἰρόμενον ἄγ☉ ἔχειν. Respondent hæc, & referri primario volunt ad ea, quæ leguntur supra vs. 34--45. αἰρόμενον interpres vertit, *libenter sustinentem.* Cl. *Schultens.* I. Epist. ad *Menken.* p. 88. *ultro receptantem.* Mihi ut *Pauwio*, qui ῥεόμενον substituit, vitium isti verbo inhæsisse videtur, & leg. ἀρόμενον aut ἀράμενον, nec aliter suo in libro habuisse Schol. cujus verba, in-

inserta conjunctiva, sic legam, λείπει ὁ ϰ, ὥστε ϰ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπαίροντα ἔχειν αἱμάτων ἄγος. Adsumsit nempe ille ὀφθαλμὸν ex προσδραχεῖν. Sic αἴρειν & ἐπαίρειν ὀφθαλμοὺς *Aristid.* T. III. p. 669. ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, & verbis totidem *Joan.* c. XI. com. 4. add. *Charit.* L. I. Pag. 7. vs. 7. ἔχειν βλοσ. ἄγ. αἱμ. est κτᾶσθαι ἄγος αἱμάτων φοβερὸν, ϰ ἐκπληκτικὸν, idque solo adspectu. *Hesych.* αἱροῦμαι expl. ἐπελεύσομαι, ἢ λαμβάνω, ἢ βούλομαι. Sed primum an notet dubito, ἀπελεύσομαι explicatio erit τοῦ ἀροῦμαι, verbi αἴρω.

Vs. 172. Παρανόμων θεῶν βρέτεα μὲν τίων. Ita monstrose corruptum versum hunc dedit *Turneb.* propagaruntque Editt. *Canter. Stanl.* & *Pauw.* Leg. ex editione *Robort.* παρὰ νόμον ---- βρότεα. Prior labes inhæsit quoque *Ald.* Sed βρότεα exhibet. Τίων valet προτίων, vel ellipsis est V. μᾶλλον. ut in *Luc.* Euang. c. XVII. com. 2. λυσιτελεῖ αὐτῷ --- ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ. & eodem in verbo *Plut.* T. II. p. 171. B. τί δὲ Καρχηδονίοις οὐκ ἐλυσιτέλει Κριτίαν λαβοῦσιν ἢ Διαγόραν νομοθέτην, ἢ τοιαῦτα θύειν. Apud *Ael.* de Anim. X. c. 50. ut hoc obiter addam, tentatum nollem, πρίασθαι λυσιτελέστερον. *Pollux* VII, 10. ἀξίως πιπράσκεται τὰ εὔωνα ϰ λυσιτελῶς. Add. *Suid.* Vs. 170. *Casaub.* legit ἔχραινάς γ'.

 Vs. 174.

Vs. 174. Κἀμοί τε λυπρὸς, καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται. *Casaub.* emendat κἀμοί γε. *Scal.* ἐκλύσεαι, *liberabis*, *solves*. Sequitur, ἕτερον ἐν κάρᾳ μιάστορ' ἐκείνου πάσσεται. in quibus dubito, utrum ἐκείνου regatur ab ἕτερον: *Apollodorus Megarites* in *Stob.* Serm. XCVII. extr. ἕτεροί εἰσιν οἱ ἄνθρωποι τοῦ σώματος. *Plut.* T. II. p. 382. E. οὐχ ἕτερος ὢν τοῦ. Add. p. 473. D. an constructio sit, ἐν κάρᾳ ἐκείνου πάσ. ἕτ. μιάστορα. an denique forsan scriptum primitus fuerit, ἐκεῖ που. Quicquid de eo est, *Euripidi* inserviisse hunc locum dicas, dum scriberet Med. vs. 1371. οἵδ' εἰσὶν, οἴμοι, σῷ κάρᾳ μιάστορες. Idem μιάστωρ qui ἐναγὴς, προστρόπαιος, & μεμιασμένος.

Vs. 182. Μὴ καὶ λαβοῦσα πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν &c. *Sagittam* vocat, ἀργηστὴν πτηνὸν ὄφιν, ut *arcum* δράκοντα *Lycophr.* vs. 918. ubi *Meurs.* & *Potter.* λαβεῖν *sagittam*, ut φλύκταιναν λαβεῖν in *Arist.* Vesp. vs. 1114. ἀργηστὴς occurrit quoque supra S. C. Theb. vs. 60. & juxta cum καρανιστὴρ vs. 186. in *Steph.* Thes. omissum. καρανιστὴς est *Eurip.* Rhes. vs. 817. τοξικὴν θώμιγγα habet *Noster* in Pers. vs. 460. Sequentium structura est, μὴ ἐμοῦσα ὑπ' ἄλγους ἀνῆς ἀφρὸν μέλανα (i. e. ut ipse expl.) θρόμβους φόνου (pro αἵματος) οὓς ἀφείλκυσας ἀπ' ἀνθρώπων. *Hesych.* Ἀφρὸς, ἄφρων, μωρὸς, ἄνους.

ἄνες. Scripserat forsan, Ἄφρον, ἄφρων,--- additderatque posterius declaraturus, hujus casum esse prius, idque locum intendens *Luc.* c. XII. com. 20. aut I. Ep. ad Cor. XV, 36. Ἄφρων & ἄνες in Literis Sacris ut distingui possint, disputat *Basil.* T.I. p. 183. B. Vs. 185. ὅτοι δόμοισι τοῖσδε χρίμπτεσθαι πρέπει, usui videtur fuisse *Eurip.* Phœn. vs. 99. ubi, ἀλλ' ὅτις ἀςῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις.

Vs. 188. Ἀλλ' ὧ---- ἀκρωνία· λευσμόν τε καὶ μύζουσιν οἰκτισμόν. lego λευσμός τε, vel λευσμοί τε, quod utrumque conjecturæ loco proposuit *Casaubonus*, prius quoque *Stanl.* De voce ἀκρωνία vid. *Hesych.* ubi adsentior Cl. *Alberti*, Schol. statuenti turbatum. Οἰκτισμὸς (οἰκτιρμὸς pro eo *Etymol.* scriptum Bibl. Traject.) *Ammonio* auctore est, ὁ λόγος τοῦ οἰκτείροντος.

Vs. 194. Οὐ χρηςηρίοις ἐν τοῖσδε πλησίοισι τρίβεσθαι μύσος. In χρηςηρίοις ex antecedente οἰκεῖν supple, οἴκοις. Sic in Agam. vs. 973. δόμοι χρηςήριοι. Quod addit *Noster* τοῖς πλησίοις, eo docet, prout jussæ fuerant vs. 179. seq. jam excessisse e templo, & hinc quoque, vs. 185. dicit Apollo, οὐδὲ δόμοισι τοῖσδε χρίμπτεσθαι πρέπει, nedum scil. ingredi & immorari. Idemque nunc repetit, causa addita, ne μύσος ἐντρίβηται, & contaminetur

templum; ac ſequitur eodem ſpiritu, χωρεῖτε *faceſſite*, non ut vertitur, *excedite*. *Pauwius* quia, ut interpres, hæc omnia a commorantibus adhuc in templo dicta exiſtimabat, non poterat non obhærere circa πλησίοισι, & ad correctionem delabi. De voce βοτὴρ vs. 196. vid. *Spanh.* ad *Ariſt.* Plut. vs. 821. Εὐφιλὴς occurrit quoque in Agam. vs. 34. nec habet *Steph.* Theſ.

Vs. 198. Ἀντάκουσον ἐν μέρει. *Ariſtid.* T. III. p. 229. ὥσπερ φὴς ἐκεῖνα ἀκούειν λεγόντων, οὕτως ἀντάκουε καὶ τῶν. p. 726. ὁποῖ' ἄττα εἴποις, τοιαῦτ' ἀντακούσεσθαι χρὴ προσδοκᾷν. T. II. p. 311. κακῶς ἑτέρους εἰπόντας ἀντακοῦσαι (ἐστὶ) κακῶς αὐτοὺς καὶ ἃ μὴ προσήκει. Add. Cl. *Valcken.* ad *Eurip.* Phœn. p. 555.

Vs. 201. Πῶς δή; τοσοῦτο μῆκος ἔκτεινον λόγου. Cum audiret Apollo, ſe non modo cædis μεταίτιον, ἀλλ' ἕνα πᾶν πεπραχέναι, & παναίτιον ferri, etſi quantocyus eas faceſſere a templo ſuo juſſerat, neque ulteriore videretur alloquio dignari velle; tamen prius diſcere ex iis cupit, qui iſtud de ſe prædicent; & quod dum exponunt illæ, natis inde, ut fit, aliis ex aliis quæſtionibus, altercando in vicem, ſenſim perveniunt Athenas: ſic enim fictionem inſtituit poëta, ut in via iſta diſputata intelli-

gan-

gantur, nec multo tardius Oreste Furias eo perveniſſe adpareat. Τοσῦτό ἐστ, τοσῦτο μόνον. Tum μῆκος ἐκτείνειν λόγου, quod εἰς μῆκος ἐκτείνειν τὸν λόγον *Baſil.* T. I. p. 230. D. λόγους p. 379. A. μείζονα λόγον *Soph.* Trach. vs. 692. μακρὰ (n. ῥήματα) ἐναντία τοῖς λόγοις *Eurip.* Med. 1351. παραίνεσιν infra vs. 711. φροίμιον in Agam. 838. & λόγοι ἐν μήκει *Ariſtid.* T. I. p. 515. Ad *Noſtri* locum facit *Plat.* in Tim. p. 533. B. δοξάζεται ὑπὸ τῶν πλείστων οὐ ξυναιτία, ἀλλ' αἰτία εἶναι τῶν πάντων.

Vs. 203. Ἔχρησα ποινὰς τοῦ πατρὸς πέμψαι τιμήν. *Scal.* legit, τε μιν, jungens ut videtur cum verbis vs. 205. καὶ προστραπέσθαι τούσδ' ἐπέστελλον δόμους. *Cant.* τί μή; ipſe, ſervata litera ultima, ſeparem quod in unum coaluit, τί μήν; *Suid.* τί μὴν κατάφασιν δηλοῖ, ἀντὶ τοῦ πῶς γὰρ οὔ; διὰ τί γὰρ οὔ; & ita τί μὴν in *Luc.* Dial. Mar. XV. c. 1. Vit. Auct. c. 22. plene τί μὴν οὔ; *Eurip.* Rheſ. vs. 706. τί μὴ οὔ; habet *Soph.* El. vs. 1392. (1283.) Add. *Bud.* Com. p. 921. ſeq. Ποινὰς πέμψαι interpres reddit, *pœnas ſumere*, quod phraſis non notat. Ne multa, mihi ſcriptum videtur fuiſſe, πέψαι, i. e. πραΰναι, μειλίξαι, *juſſi deas ultrices patris placare: Quid tum?* ſeu *quidni?* nempe, feciſſem. Clytemnæſtra in Choëph. vs.

vs. 942. ad Oreſten, Ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους, κύνας, hic reponit, τὰς τοῦ πατρὸς δὲ πῶς φύγω, παρεὶς τάδε; junge ibid. vs. 267--296. & 1030. ſeqq. Contigit eadem horum verborum permutatio *Procop.* I. B. V. c. 10. prope fin. nec non *Heſych.* V. ἔπεμψεν, ubi Not. Vs. 202. ut & 206. *Robort.* recte interrogandi ſignum adpoſuit.

Vs. 204. Ὑπέστης αἵματος δέκτωρ νέου. Supple γίγνεσθαι vel εἶναι, *eſſe ſuſtinuiſti.* Διαδέκτωρ in *Eurip.* Jon. vs. 478. ut hic δέκτωρ, eſt inter vocabula apud *Steph.* prætermiſſa. αἷμα νέον probat *Stanl.* emendationem in Choëph. vs. 1038. add. ſupra vs. 42. & infra 282. Schol. vs. 203. præpono, αἵματος δέκτωρ. Quod ſequitur, προστραπέσθαι δόμους, dictum pro τραπέσθαι πρὸς τούσδε δόμους, *convertere ſe*, aut *conferre ſe ad has ædes*, non ut interpres *reverti.* Vid. iterum Choëph vs. 1038. ſeq. προστρέπεσθαι εἰς ἀναισχυντίαν eſt *Plat.* XI. Legg. 677. F.

Vs. 208. Ἔστιν ἡμῖν τοῦτο προστεταγμένον. *Hoc nobis eſt demandatum, hæ noſtræ ſunt partes.* Idem erit ſenſus, ſi dicas, ἡμεῖς ἐσμὲν τοῦτο προστεταγμέναι, ſive προστετάγμεθα. Hinc mens clareſcit vs. ſeq. τίς ἥδε τιμή; κόμπασον γέρας καλόν, quod dictum accipio tanquam legerem, λέγε ἣν

ἥν τινα ταύτην κομπάζεις τιμὴν, ϗ γέρας καλὸν, *quam tu crepas jactasve tam pulcri muneris dignitatem*, *dic quæ sit illa.* Ironicum est illud γέρας καλόν. *Aristoph.* Vesp. vs. 518. δίδαξον ἡμᾶς, ὦ πάτερ, ἥτις ἡ τιμή 'στι σοι. * Voculas ϗ δῆτα vs. 206. junxere plures. Vid. *Devar.* de Partic. μολεῖν valet προσμολεῖν. De V. ἠθικεύεσθαι apud Schol. ad vs. 206. adeundus *Du Cangius* in Gloss. Append.

Vs. 211. Τί γάρ; γυναικὸς ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ. Personarum indices huic & præcedenti versui demit *Scal.* ego uti eos notarunt *Turn.* & *Robort.* ἀμοιβαίους esse censeo ad vs. usque 213. ubi Apollo sermonem continuat versum usque 225. Τὸν ἄνδρα &c. prout iterum recte habet *Robort.* cujus & admittam in versu præsenti distinctionem cum *Pauwio*, τί γὰρ γυναικὸς, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ; Genitivus pendet ab intellecta περὶ, & e vs. 208. repeti debet, προστεταγμένον ὑμῖν ἐστιν. *Aristid.* T. I. p. 271. ἆρ' οὖν ταῦτα ϗ μόνα τῶν ἀνθρώπων ἔχομεν λέγειν; pro περὶ τῶν α. ἐ. περὶ quoque loco τῆς παρὰ in Schol. leg. qui adsumsit insuper ποιεῖν, quomodo apud *Aristoph.* Pac. vs. 105. ἐρέσθαι ὅ,τι ποιεῖν βουλεύεται περὶ τῶν ---- & eodem modo δρᾶν in *Plat.* Polit. 170. B. ut Lat. *facere* ac *fieri de*. In νοσφίσῃ supplebis

vel τῦ βίυ, quod addit *Soph.* Phil. vs. 1461. (al. Ed. 1422.) vel τῦ πνεύματος. Supra S. C. Theb. vs. 990. τὸ τῦδε πνεῦμα ἐνόσφισεν. abſolute quoque in Choëph. vs. 436. 489. Cum vs. 212. comparetur ejusdem argumenti vs. 608.

Vs. 213. Ἡ κάρτ' ἄτιμα καὶ παρ' ὐδὲν ἤρκέσω Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα. *Caſaub.* conjicit leg. ἀρκέσω ideo forſan, quia Activum non Medium *auxiliandi* notione uſitatum. *Soph.* Ajac. vs. 441. ἔργα ἀρκέσαι. & 537. ἀρκέσαι τῦτο, pro εἰς τῦτο, ut Schol. Leg. autem ex *Robort.* ἦ κάρτα. Sic in Agam. vs. 600. & Suppl. 461. Syntaxis eſt, ἦ κάρτα ἄτιμα (n. ὕτως τῷ σῷ λόγῳ ἐστι τὰ τῆς) Ἥρ. τελ. καὶ (τῦ) Δ. πιστ. καὶ παρ' ὐδ. ἤρκ, (εἰς αὐτά) *nilque confers ad Junonis Jugalis Jovisque fœdera ſtabilienda*, ſed ſcil. quantum in te eſt facis, idque agis, ut flocci fiant. *Them.* Orat. XIX. p. 226. B. ᾧ παρ' ὐδὲν ἦν καὶ ἐν φαύλῳ ἀνθρώπυ ἀποτεμεῖν κεφαλήν. *Ariſtid.* T. III. p. 118. ἐᾶν καὶ παρ' ὐδὲν ἄγειν. *Ael.* de Anim. XIV. c. 28. παρ' ὐδὲν ποιεῖται τὴν χάριν. *Heſych.* παρ' ὐδὲν, εὔκολον, εὐχερές. Conf. Anim. ad Agam. vs. 237. Compoſitum παραρκεῖν, cujus apud *Steph.* nulla mentio, eſt in *Luc.* Cyn. c. 5. De Junone τελείᾳ, quam memorat etiam *Ariſt.* Theſm.

vs. 982. Vid. Schol. *Pind.* Nem. X. vs. 31. *Suid.* & *Gyraldus* L. III. p. 120.

Vs. 219. Εἰ τοῖσιν οὖν κτείνουσιν ἀλλήλους χαλᾷς, τὸ μὴ γενέσθαι μηδ' ἐποπτεύειν κότῳ. *Casaub.* κάτω, pro κότῳ leg. suspicabatur. Κότῳ pro σὺν κότῳ sumto, sensus ni fallor erit, ceu scriptum esset, εἰ οὖν (τοσοῦτον) χαλᾷς (τοῖς) κτείνουσιν ἀλλήλους, (ὥστε) μηδὲ ἐποπτεύειν (σε σὺν) κότῳ τὸ μὴ γενέσθαι (n. τοῦτο, & τοὺς τοιούτους φόνους) ἦ κάρτα ἄτιμα &c. *si eo usque indulgentem te præbueris conjugibus, qui se invicem interficiunt, ut nequidem irata inspectes teque iratam ostendas, atque irata cures, ne tam dira cædes fiat in posterum, actum profecto erit* &c. Vocula οὖν redordiendo inservit sermoni per non nulla intercedentia abrupto: nam debebat proprie versus 219. εἰ ---- κότῳ excipere vs. 212. οὐκ ἂν ---- φόνος, aut saltem vs. 216. ὅθεν ---- φίλτατα. Χαλᾷν est *indulgere*, *frena laxare*, ἐνδιδόναι. *Eurip.* Hec. vs. 403. χάλα τοκεῦσιν εἰκότως θυμουμένοις. Quod verbis pluribus sic *Plato* IV. Legg. 601. D. θυμουμένοις ὑπείκειν δεῖ καὶ ἀποπιμπλᾶσι τὸν θυμὸν ἐάν τε ἐν λόγοις, ἐάντε ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοιοῦτον &c. ἐποπτεύειν frequentat eodem sensu *Æschylus.* Mox vs. 224. Agam. 1279. 1587. Choëph. 1. 487. 581. 985. 1063. Versu præcedenti τε valet

εἰ ϗ *etiamsi*, εὐνὴ γὰρ εἰ ϗ μείζων ὅρκυ φρυρυμένη τῇ Δίκῃ (ὅμως ἔςαι) μορσίμη ἀνδρὶ ϗ γυναικί.

Vs. 221. Οὔ φημ' Ὀρέςην σ' ἐνδίκως ἀνδρηλατεῖν. Hoc tribusque verſibus ſequentibus longiorem ſermocinationem concludit Apollo, eſtque quaſi dicat, *ut paucis abſolvam, ajo injuſte Oreſtem te perſequi.* Reliquorum occultior paulo eſt ſenſus. *Stanl.* in verſione ita accipit, ut Apollo deas demulcere mitioresque velle reddere intelligatur, & hoc dicant verba, *verum novi mores tuos, ſoles nempe graves animo proponere pœnas, at non æque graviter exequi.* atque adeo ἡσυχαιτέρα idem foret quod ἀπραγμονεςέρα, ut ἥσυχ☉ & ἡσυχία, pro ἀπραγμοσύνη, ἡσυχάζειν, ἄπρακτον εἶναι apud *Thuc.* Quicquid de eo eſt, oratio hunc in modum ſupplenda videtur mihi, οἶδα γάρ σε τὰ μὲν ἐνθυμυμένην πράττειν ἐνδίκως, τὰ δὲ πράσσυσάν σε εἶναι ἡσυχωτέραν, Linguam ἡσυχωτέραν in *Soph.* Antig. vs. 1101. (Edit al. 1204.) Schol. expl. δολιωτέραν, nec fortaſſe iſta notione alia *Noſtri* loco aptior.

Vs. 226. Σὺ δ' ὖν δίωκε, ϗ πόνον πλέον τίθυ. Idem τίθεσθαι, quod προτίθεσθαι, ut alibi πλέον & μᾶλλον ποιεῖσθαι, ἡγεῖσθαι. Subaudiendusque ita erit genitivus quiſpiam, vel τῦ ἡσυχάζειν, aut ἀφίςασθαι.

σθαι. Si, quod conjecturæ loco proponit *Pauwius*, legeretur πόνον πλέω τίθευ, & locutio admitti poſſit, foret ſenſus, *majorem laborem* ſive *plus laboris inſume quam* ſcil. *adhuc feciſti* & *impendiſti.* ὑπέρτερον τίθεσθαί τι τοῦ ſcripſit *Pind.* Iſth. I. princ. & ex eo *Plat.* Phædr. p. 337. A. Sed hic pro τίθεσθαι habet ποιήσασθαι. Πλέον loco τοῦ μᾶλλον, ut in *Ael.* de Anim. XIII. c. 15. ubi de lepore Hiſpanico inter alia dicit, ὅτι ὀλίγην ἔχει τὴν οὐρὰν τῶν ἄλλων ὅ, τι (ita leg.) καὶ πλέον, τά γε μὴν λοιπὰ τοῖς προειρημένοις ἰδεῖν ἐμφερής. Eſt autem οὐρὰ ὅ, τι καὶ πλέον ὀλίγη non ſimpliciter *cauda brevior*, uti vertitur, verum *non nihil* ſive *paulo brevior*. Sed & quid impedit in verbis mox ibidem ſubſequentibus, quæ interpres reddere neglexit, quidpiam tentaſſe? ſunt vero præter λευκότερος δὲ τῶν λοιπῶν, iſta, λασαρὰ διετησίους φύσει, ἀφ' ὧν οἰστρᾷ τε καὶ ἐκμαίνεται, ὅταν ἐπὶ τὰς θηλείας ἄττῃ. Dederatne fortaſſe; λαγγαρὰ διαίτησις φύσει, --- i. e. ὀκνώδης & ὀκνηρά.

Vs. 227. Τιμὰς σὺ μὴ σύντεμνε τὰς ἐμὰς λόγῳ. Pergunt inter ſe contendere ac rixari. Interpres perquam vertit male, *pœnas meas ne tu differas verbis.* τιμαὶ ut vs. 209. *honores* notat, & hinc vs. 325. queruntur cædem, ὅτι ὁ Λατοῦς υἱὸς

μ' ἄτιμον τίθησι. Tum συντέμνειν τι λόγῳ non dicit, *differre verbis*, sed *imminuere*: reddi debebat, *tu meos* mihive debitos *honores verbis ne imminuas*, *detrahendoque de iis* & quasi concisos *tibi ne vindices*.

Vs. 228. Οὐκ ἂν δεχοίμην ὥστ' ἔχειν τιμὰς σέθεν. Quum ut vidimus longius a sensu versus præcedentis aberrarit interpres, non potuit non idem heic ei accidere; verto, *Ego vero tuos mihi tribui nolim honores*. οὐ δέξασθαι, *Hesychio* interprete, est οὐ προσήκασθαι. Eum vid in V. οὐκ ἐδέξατο. Vocula ὥστε heic vacat, ut sæpe. Ad hæc quid Eumenis? μέγας γὰρ, inquit, ἔμπας παρ' Διὸς θρόνοις λέγῃ. i.e. *nempe quia citra meos honores tamen satis te esse magnum apud Jovem existimas*. Ἔμπας ut ἔμπης idem quod ἔμπα, ἔμπαν. Vid. Not. ad *Hesych*. V. ἔμπης, & Cl. *Valcken*. Epist. præmissam *Virg. Urs.* Coll. p. XXXVII.

Vs. 230. Ἐγὼ δὲ ---- μέτειμι τόνδε φῶτα καὶ κυνηγέτις, Respiciunt hæc quæ Clytemnæstra vs. 131. ὄναρ διώκεις θῆρα &c. add. mox vs. 245. seqq. καὶ κυνηγέτις *etiam venatrix*, *venatricis instar*, ut bene *Pauwius*. De pio laudabilique supplicibus parcendi Græcorum more, qui patescit ex illico sequentibus, vid. præter *Stanl.*

Stanl. Cel. *Wessel.* ad *Diod. Sic.* T. II. p. 336. N. 10.

Vs. 235. Ἄνασσ' Ἀθάνα Λοξίȣ κελεύσμασιν ἥκω, Δέχȣ δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα. De Œcomomia & fictione quæ monuimus ad vs. 201. heic quoque adversus *Pauwii* reprehensiones tuebuntur., opinor, poëtam. ἀλάστορα putat *Stanl.* heic notare *a furiis exagitatum*, quam significationem ignorent Lexica. Ignorant sane; verum quid nos cogit, relicta notione consueta, novam atque ignotam attribuere. Idem utique hoc in loco ἀλάστωρ, quod ubique significat. Vid. *Eust.* ad Iliad. Δ. p. 361. vs. 34. *Kuster.* ad *Suid.* & quos laudat, itemque Not. ad *Hesych.* Qualis sit φονεὺς & non sit, ipse docet, dum addit, se haud esse, προστρόπαιον, i. e. ȣ̓ φόνιον, μιαρὸν, αἵματι μεμιασμένον, ϗ πρὸς Ἀθάναν τραπόμενον δεήσει καθάρσεως, ut *Hesychii* explicationes meas faciam. Sed & præterea ȣ̓δ' ἀφοίβαντον χέρα, adeoque καθαρὸν, prout idem Grammaticus V. ἀφοίβατον, ubi Not. Sed ἀμβλὺν ἤδη, utpote προστετριμμένον πρὸς ἄλλοις οἴκοις ϗ πορεύμασι βροτῶν. Hic dicas primo intuitu πορεύματα positum, pro πορίσματα: verum adsentior doctissimo *Valckenario* ad *Eurip.* Phœn. vs. 992. neque credo, πορεύω aut deducta inde no-

nomina illam ſignificationem recipere; etſi ceteroqui ἐγὼ πορεύσω χρυσὸν in Creontis perſona, Menœcum filium ad fugam ſine mora capeſſendam, & accelerandam exhortantis, ſenſu optimo ibi ſcriptum puto, eodem nempe, quo nos dicimus *geld overmaken*, & *overzenden*. *Noſter* quid intelligat per πορεύματα docet vs. 455. ubi pro eo ῥυτοὶ πόροι. De V. ἀμβλὺς & ἀμβλύνειν videbimus infra. Vs. 234. notatur *Caſaubonum* correxiſſe, προδῶς, pro προδῶ σφ', verum ſcripſerat, opinor, vir eximius, προδῶ γ'. Verba Schol. verſu modo indicato ſunt *Homer*. Odyſſ. Δ. vs. 73. in altero ad vs. 238. comma forte ponendum poſt αὐτῶν, & in ἐπελθόντα ſupplendum, αὐτούς.

Vs. 240. Θάλασσαν ἐκπερῶν πρόσειμι δῶμα &c. malim ἐκπερῶν tempore præterito, etſi ſic ἐκπληρῶν, pro ἐκπληρώσας, in *Eurip*. Phœn. vs. 1142. & ἡσσώμενος, pro ἡττημένος 1238. Conf. *Diluc. Thuc.* p. 207. ſeq. Structuræ ordo eſt; πρόσ. ὦ θεὰ, δῶμά (σου) καὶ αὐτοῦ (i. e. ἐν αὐτῷ) φυλάσσων τὸ σὸν βρέτας ἀναμένω, ſive ἀναμενῶ, (τὸ τῆς) δίκης τέλος. Hic & vs. 442. φυλάσσειν βρέτας, quod vs. 80. dixerat ἄγκαθεν λαβεῖν βρέτας. ut *ſervare* in *Virg*. II. Aen. vs. 568. *ſervare limina Veſtæ &*

ſe-

ſecreta in ſede latere. quod mox ibid vs. 575. *abdere ſe atque aris ſedere.* & *Ter.* Eun. IV, 7. vs. 10. *ſolus Sannio ſervat domi.* ubi *Donat.* & Not. Eundem præſtat uſum φρουρεῖν. Supra Prom. vs. 31. ἀτερπῆ τήνδε φρουρήσεις πέτραν. i. e. interprete Schol. φυλάξεις, & περὶ αὐτὴν μενεῖς, vel ἀεὶ μενεῖς, uti pro εἰσμενεῖς ibi leg. Significationis rationem ſubjungit Schol. ὅτι ὃ τις φρουρεῖ, τοῦτο καὶ οἰκεῖ. Atque ita iterum Lat. *cuſtodire*, ut *Petron.* c. 111. *in conditorium proſecuta eſt defunctum, poſitumque in hypogeo Græco more corpus cuſtodire cœpit.* Vid. hoc de more præter *Kirchm.* de Fun. L. III. c. 16. & 22. *Luc.* Nigr. c. 30. & non uno loco *Jo. Chryſoſtomus*, veluti Tom. II. Op. 345. B2. T. V. 117. D2. In ſtructura, quam inſtitui, πρόσειμι accepi pro *accedo*, & compoſito ex εἶμι, ut ſyntaxis ſubſiſtat non vi compoſitionis, ſed quod longe rarius, vi præpoſitionis. *Ael.* de Anim. XVII. c. 22. ὠρίωνα ſcribit θέλγοντα γοὴν ὕμνῳ (ita recte pro ὕπνῳ leg. vidit Cl. *Oudend.* ad *Th. Mag.* p. 562.) τινὶ γαμικῷ, προσιόντα Σειρῆνας. cum præpoſitione ἐπὶ idem προσελθεῖν conſtruxiſſet L. I. c. 23. ὑφ' ἡδονῆς προσελθεῖν ἐπ' αὐτὰς σπεύδουσι. ſed rectius opinor ibi ſcribetur προελθεῖν. Vid. *Diluc. Thuc.* p. 776. Quod ſi

quis in *Nostri* verbis προσειμι sumere velit pro *adsum*, ex εἰμὶ, is ita ordinet oportet, πρόσ. φυλ. τὸ σὸν δ. καὶ βρ. θεὰ, ἀναμ. αὐτοῦ δ. τ. sed tunc videri posset, melius legi, φυλάσσω ἀναμένων. Vs. 241. *Casaub.* inserta vocula δὲ, legit, σώζων δ' ἐφετμὰς---Vs. 244. εἶεν interpres vertit, *sit ita*, minus recte. Est hic ἀναφωνητικόν.

Vs. 247. Πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν. Hoc Schol. παραδοξόλογον videtur. At cum præcedat, τετραυματισμένον ὡς κύων νεβρὸν, & per similitudinem dictum sit, mitigat id quod inest duri, ὡς γὰρ κύων ἐκμαστεύει νεβρὸν τετρ. πρὸς τὸ αἷμα καὶ τὸν σταλαγμὸν, (pro τὸν τοῦ αἵματος σταλαγμὸν) οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐκμαστεύομεν homicidam Orestem. Et nonne vs. 253. candem dicentem audias, ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ. Ἐκμαστεύειν πρὸς, ut vs. 1008. πρὸς φῶς ἰέναι, & similia. Σπλάγχνου nomine vs. 249. intelligitur *lien*. Vid. *Foes.* Œcon. *Hippocr.* Tum πᾶς πεποίμανται τόπος, pro περινενοστημένος ἐστὶ *peragratus*; nam ὅπου τις ποιμαίνει ἐκεῖ περινοστεῖ καὶ πλανᾶται.

Vs. 250. Ἀπτέροις πωτήμασι. Eodem schemate *Noster* in Pers. vs. 682. νᾶες ἄναες. in Agam. vs. 1151. νόμος ἄνομος. *Chrys.* T. IV. Op. 116. B. τὰ οὐχ ὑφεστῶτα ὑποστήσαντες. T. I. p. 177. A. θάνατος ἀθάνατος. 561. B. 676. D. &c. ἀσυσκίαστα συσκιάζειν. T. III. p. 620.

p. 620. B. ψυχὴ ἄψυχος. p. 737. D. & IV. p. 44. B2. ἀτόλμητα τολμᾶν. μηχανᾶσθαι τὰ ἀμήχανα *Procop.* I. B. P. c. 25. δυστυχῶς εὐτυχεῖν *Theoph. Simoc.* IV. Hist. c. 13. καθαρμοὶ ἀκάθαρτοι, & ῥυπαραὶ ἁγνεῖαι *Plut.* T. II. p. 171. B. κλώθειν ἀσύγκλωστα *Synes.* Ep. 57. p. 198. C. ἀσυλλόγιστοι συλλογισμοὶ Ep. 153. p. 290. D. ἁρμοσταὶ ἀνάρμοστοι *Aristid.* T. I. p. 368. τὰ ἄφαντα φαίνειν p. 455. θεάματα ἀθέατα T. II. p. 253. ἄμικτα μιγνῦναι T. III. p. 124. ἀστεφάνωτον στεφανοῦν p. 529. ἀτάκτων τάγμα *Diod. Sic.* L. XVII. c. 80. *Ordo inordinatus* *Apul.* de Mundo p. 234. ἀξύμμετρον ταῖς μεγίσταις ξυμμετρίαις *Plat.* Tim. 550. F. ῥυθμῷ ἀρρυθμεῖν Legg. VII. p. 633. D. μανία σώφρων *Theoph. Sim.* L. V. c. 5. ἐγγραφὴ ἄγραπτος *Ael.* de Anim II. c. 26. quod venuste & significanter scriptum sollicitandum non erat. Alia complura exempla collegere passim viri docti, in his *Stolberg.* ad *Soph.* Ajac. vs. 181. *Schott.* Nod. *Cic.* I. c. 17. *Potter.* ad *Lycophr.* vs. 406. *Jo. Jensius* Lect. *Luc.* II. c. 8. *Bern. Mart.* V. L. III. c. 9.

Vs. 252. Καταπτακώς. Corrigit *Casaub.* κατεπταχώς. Schol. explanans per καταπτήξας, nec ipse aliter, quam aut κατεπταχὼς aut καταπταχὼς, legisse videtur. Obtinente edita, rursus hoc

erit exemplum augmenti in Jambicis neglecti. Sed hoc quicquid eſt, κατεπτακὼς, vel κατεπτηκὼς verbi καταπτάω a correctione ſaltem fuerit tutum. *Heſych.* ἐπτακέναι, κεκρυφέναι. imo κεκρύφθαι. Terminatio activa impoſuiſſe videtur ſciolis, ut ad eandem mutarent verbum explicans. *Kuſterum* ibi non audiam. Idem Grammaticus, κατεπτηκότα, καταπτήσσοντα. niſi forte dederat, quod poſtulat literarum ſeries, κατεπτηχότα. Add. in V. ἔπτηξαν, πτήσσων & πταώτην. *Etymol.* V. πτήσσω ac πέτεσθαι. itemque *Suid.* V. πτήσσει. ubi locus *Comici*, quem citat extat Theſm. vs. 36. Idem poëta Lyſ. vs. 771. ὁπόταν πτήξωσι χελιδόνες εἰς ἕνα χῶρον τοὺς ἔποπας φεύγουσαι. *Eurip.* Suppl. 268. ἔχει καταφυγὴν θὴρ πέτραν, δοῦλοι βωμοὺς, πόλις δὲ πρὸς πόλιν ἔπτηξε χειμασθεῖσα. Androm. Vs. 754. εἰς ἐρημίαν ὁδοῦ πτῆξαι. De avibus in cognomini fabula *Ariſt.* vs. 778. Ran. 318. add. Schol. ad Veſp. 1481. multum quoque utitur *Ælianus* de Anim. compoſito præcipue. Sequitur apud *Noſtrum*, ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ. i. e. προσβάλλει ὥστε εὐφραίνεσθαί με. Rurſus *Ariſt.* Pac. vs. 599. τὰ φυτὰ προσγελάσεταί σε.

Vs. 254. Ὅρα, Ὅρα, μάλ' αὖ λεύσσετον πάντα. Ita μάλ' αὖθις *Soph.* Œd. Tyr. vs.

VS. 1341. (1331.) οἴμοι, οἴμοι μάλ' αὖθις. *Noſter* Choëph. 652. παῖ, παῖ μάλ' αὖθις. Λεύσσετον immerito ſe ſollicitaſſe, ipſe vidit monuitque *Arnaudtius* Lect. Græc. p. 186. nec proin in eo merebatur refelli. Illud parum recte videtur ſtatuiſſe, quod duale λεύσσετον, pro plurali poſitum accepit. Una Furiarum alloquitur duas reliquas, unde & repetitum ὅρα, ὅρα. Etſi enim chorus e multis conſtet, tamen ubique in hoc dramate Dearum tantum habetur ratio. Vid. vs. 140. Pariliter σὸν bis repetitum, pro ὑμέτερον, Pylades nempe & Oreſtes, in *Eurip.* Iphig. Taur. vs. 1079. Σὸν ἤδη ἔργον καὶ σὸν εἰσβαίνειν δόμους. Conf. *Diluc. Thuc.* p. 353.

Vs. 258. Ὅδ' αὖ τέ γ' οὐκ ἀλκὰν ἔχων, περὶ βρέτει πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν. Reponendum ex *Ald. Turneb.* & *Robort.* γ' οὖν. Sequitur enim τὸ δ' οὐ πάρεστι. Verſu ultimo excidit forte negativa, & leg. γενέσθ' οὐ χερῶν. Sententia erit, *Hic rurſus robur ac fiduciam habens in deæ ſimulacro, quod amplexus tenet, manuum judicio ſe ſiſtere recuſat*, quomodo ὑπόδικον γενέσθαι χερῶν vertendum fuiſſe, docet *Spanh.* ad *Ariſtoph.* Nub. vs. 1328. *Scal.* τῷ χερῶν adpoſuit, χρεῶν, inductus fortaſſe Scholio ad vs.

259. ἀνθ᾽ ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ. Sed quod per se interpretamentum esse potest V. ὑπόδικος. *Hesych.* ὑπόδικος, ὑπεύθυνος, χρεώστης, ---- & quo ipso sensu habetur in *Chrys.* T. V. Op. 648. C2. ubi de Elia, ἣν ἰδεῖν τὸν προφήτην ὑπόδικον γενόμενον γυναικός. Verba τὸ δ᾽ οὐ πάρεστι valent, τὸ δ᾽ ἐκ παντὸς οὐ δυνατόν ἐστι. Vid. *Suid.* V. Πάρεστιν. Ἀλκὴν Schol. ad Suppl. vs. 739. illustrat per τὴν τῶν βωμῶν καταφυγήν. *Hesych.* οὐκ ἄλκαρ, οὐ βοήθεια. *Suid.* Ἀλκὴ, ἰσχὺς, δύναμις subjecto *Polybii* fragm. οἶδε γὰρ καὶ λόγων ἀλκὴ θανάτου καταφρονεῖν. ubi λόγων ἀλκὴ perperam vertitur, *vis doctrinæ & rationis*, reddi oportuit, *vis orationis*, uti recte conversum apud *Theoph. Sim.* L. V. Hist. c. 5. qui totum descripsit, si fuerit *Polybii*, cujus ceterum eandem in rem hæc legas L. XI. Hist. c. 8. εἷς λόγος εὐκαίρως ῥηθεὶς ὑπ᾽ ἀνδρὸς ἀξιοπίστου, πολλάκις οὐ μόνον ἀποτρέπει τῶν χειρίστων, ἀλλὰ καὶ παρορμᾷ πρὸς τὰ κάλλιστα τοὺς ἀνθρώπους. Conf. Celeb. *Valcken.* ad *Eurip.* Phœn. p. 188. seq. & quæ nos ad *Cattier.* p. 75. Quæ autem ratio moverit virum laudatissimum, ut in citatæ Tragœdiæ vs. 1265. εἴ τιν᾽ ἀλκὴν, ἢ σοφοὺς ἔχεις λόγους ---- ἐρήτυσον τέκνα δεινῆς ἁμίλλης, suspectum habeat V. ἀλκήν, latet. Mihi εἴ τιν᾽ ἀλκὴν ἔχεις dictum fere, ut εἴ τι δύ-

νασαι, vel ὅσον δύνασαι &c. de quibus quidpiam infra.

Vs. 261. Αἷμα μητρῷον χαμαὶ δυσαγκόμιστον. Τὸ διερὸν πέδῳ κεχυμένον οἴχεται. Idem heic δυσαγκόμιστον, quod ἀναγκόμιστον, ut esse solet πᾶν ὑγρὸν εἰς πέδον κεχυμένον. Neutrum vocabulum apud *Steph.* reperitur. *Hesych.* διερὸν non modo expl. ὑγρὸν, verum etiam ζῶον, ἔναιμον. ita enim inserto commate separanda duco. Respexit Grammaticus illud διερὸς βροτὸς in *Hom.* Odyss. Z. vs. 201. ubi *Eustath.* p. 258. vs. 37. de etymo idem ad Iliad. Ψ. 1429. vs. 27. & *Etymologus.* Usus quoque hoc *Nostri* loco *Spanh.* ad *Arist.* Nub. vs. 336. Mox ἐρυθρὸν πέλανον, quod scripsit vs. 184. θρόμβους φόνου, unde & hic Schol. expl. θρόμβον αἵματος. Conf. *Spanh.* ad *Julian.* p. 200. Vs. 268. pro μητροφόνας *Casaub.* corrigit, μητροφόνου.

Vs. 269. Ὄψει δ' ἐκεῖ τὶς ἄλλον ἤλιτεν βροτῶν. Quam frustra laborare sæpe soleant interpretes in locis vel paululum a consuetiore constructione recedentibus, inter alios cum alibi haud raro, tum præsenti in loco ostendit *Pauwius*, cui syntaxis, ὄψει τὶς ἄλλον ἔχοντα ἕκαστον, tantas offudit tenebras, ut verba ἔχοντα --- ἐπάξια, non de peccantibus, sed illis, in quos peccatum aut in-

intelligenda, aut leg. κ' ἔχονθ' confidentissime adfirmet. Intelligi volunt hoc structo ordine: ὄψει δὲ ἐκεῖ ἔκ. ἔχ. ἐπάξ. τ. δ. ὃς seu ὅστις ἀσ. ἢλ. ἀλ. βρ. ἢ θεὸν &c. Mutatio τῦ τίς in ὃς seu ὅστις si cui mira videatur, is vid. *Lect. Aristaen.* p. 265. & *Diluc. Thuc.* p. 13. seq. Βροτὸν habet *Ald.* & *Turn.* pro βροτῶν. Ἀλίτειν σπονδὰς, dixit *Opp.* V. Hal. vs. 563. ubi parum recte libri alii, quos secutus Schol. habent ἀλύττειν. Heic ut juncta occurrunt ἀλίτειν atque ἀσεβεῖν, sic *Hesychius* ἤλιτεν exponit inter alia per ἠσέβησεν. Vs. præcedenti scripserat forte *Æschylus*, ἵν' ἀντιποίνους ----

Vs. 280. Βρίζει αἷμα, κ μαραίνεται. Multum frequentant Græci verbum μαραίνεσθαι sensu tropico, uti λύπη μαραίνεται in *Ael.* de Anim. L. I. c. 18. ἐπιθυμία ἀπομαραίνεται *Luc.* VIII. Εταιρ. *Ael.* l. c. c. 57. fin. angues ἐπανίςαντο κ ἠγρίαινον, ἐπεὶ δὲ τὸ παιδίον προσέψαυσεν ἐμαράνθησαν. Vitiosum est apud *Hesych.* Μαραίνεται, μαίνεται. Dederat forte Μαργαίνει, μαίνεται. Vid. ibid. statim μαργᾷ & μαργαίνων. Sequitur, μίασμα ἔκπλυτον, quod idem *Hesych.* expl. ἐξίτηλον, & junxit hæc duo *Basil.* T. II. p. 127. A. Contrarium ἀνέκπλυτον. *Them.* Orat. XVI. ult. ταῦτα μάλιςα προσκαθέζεται κ ἐμμείνῃ, l. ἐμμενεῖ, τῇ μνήμῃ ἀνεξάλειπτα

κ

ϰ̀ ἀνέκπλυτα. Add. Orat VII. p. 94. A. *Achill. Tat.* L. VI. p. 385. ζηλοτυπία ἅπαξ ἐμπεσοῦσα ψυχῇ δυσέκλειπτός ἐστιν. *Ael.* de Anim. I. c. 48. οἱ ὀδόντες σὺν τῇ τριχὶ μελαίνονται· δυσέκπλυτοι ϰ̀ δυσέκνιπτοι. De ἐναγέσι vid. præter Schol. ad vs. 276. Schol. *Comici* & *Biset.* ad Vesp. vs. 652.

Vs. 284. Πολὺς δέ μοι γένοιτ' ἂν ἐξ ἀρχῆς λόγος, ὅτις προσῆλθον ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ. Nonne potius leg. μου γένοιτ'? hoc ut dicat Orestes, *ego vero denuo magno in honore habebor, qui huc me contuli expiatus, ita ut commercium meum*, seu *consuetudo cum aliis neminem sit contaminatura nec nocitura cuiquam.* vid. infra vs. 758. seqq. *Aristid.* T. I. p. 644. Πλάτων ὁ πολὺς ἦν λόγος. p. 155. ἔστιν αὐτοῦ λόγος ἐν ἀνθρώποις ϰ̀ πάλαι ϰ̀ νῦν. p. 121. ὧν τις ϰ̀ λόγος ἐστὶ ϰ̀ μέγα τοὔνομα T. III. p. 132. τίς ὑμῶν λόγος κατ' ἀνθρώπους ἐγένετο; Συνουσία idem quod συντυχία, ut in *Arist.* Av. vs. 325. est κοινωνία, διαγωγή, prout expl. ibi Schol. ἠλάθη vs. præcedenti pro ἀπηλάθη. *Hesych.* ἤλασαν, ἀπήλασαν, ceu respexisset *Thuc.* L. I. c. 126. vs. 95. add. *Longi* Past. L. I. p. 22. vs. 22. De Porcellis in lustrationibus sacrisque expiatoriis præter *Stanl.* vid. *Poll.* VIII, 140. & *Spanh.* ad *Julian.* p. 259. seq. καθαρμὸς & κάθαρσις etsi idem nonnunquam no-

 tant,

tant, est tamen ubi distinguuntur, ut in *Plat.* Crat. p. 266. B. ἡ κάθαρσις καὶ οἱ καθαρμοὶ καὶ κατὰ τὴν ἰατρικὴν καὶ κατὰ τὴν μαντικήν. De discrimine inter καθάρσια & καθάρματα agit Schol. supra ad S. C. Theb. vs. 686. & *Ammon.* qui utut dare potuisset, καθάρσια μὲν γὰρ λέγονται τὰ ἱερὰ ὕδατα, καὶ τὰ ἄλλα----Vid. *Aristid.* T. I. p. 447. seqq. tamen cum *D'Orvill.* Anim. in *Charit.* p. 650. ob rationem ibi allegatam, nil puto ad integritatem ejus loci desiderari.

Vs. 286. Χρόνος καθαιρεῖ πάντα γηράσκων ὁμοῦ. Merito *Pauwius* tuetur adversus *Stanl.* καθαιρεῖ. i. e. *tollit*, *delet*, *eximit.* *Ovid.* II. Art. vs. 653. *eximit ipsa dies omnes a corpore mendas.* Alio spectat quod e *Nostro* citat *Hesych.* καθαίρομαι γῆρας. apud quem, ut hæc duo non raro confunduntur, vitiose legitur, καθαίρει, καταλαμβάνει, pro καθαιρεῖ. *Soph.* Antig. vs. 281. πάλος καθαιρεῖ ἐμέ. ubi eodem modo expl. Schol. & utrumque eodem in loco adhibitum occurrit apud *Xen.* IV. K. Π. p. 277. ἢν ἱππεὺς γένωμαι, δυνήσομαι μὲν ἄνδρα ἐξ ὄψεως μήκους καθαιρεῖν· δυνήσομαι δὲ θηρία διώκων ἐκ χειρὸς παίων καταλαμβάνειν. minus recte interpres *perimere* vertit, debebat καταλαμβάνειν eodem modo, quo καθαιρεῖν, reddere aut, *cursu as-*

assequi. Herodot. VI. c. 41. τὴν πέμπτην τῶν νεῶν κατεῖλον διώκοντες. Male iterum in *Hesych.* editur καθαιρῶν, μαστιγῶν. Bene mox ibid. καθαρθῆναι, μαστιγωθῆναι, quod tentari non debebat. Vid. *H. Steph.* Thes. Γηράσκειν valet heic φθίνειν. Supra Prom. vs. 955. ἐδίδασκε πάνθ' ὁ γηράσκων χρόνος. *Soph.* Œd. Col. vs. 760. (719.) τὸ τῆσδε χώρας ὁ γεγήρακε σθένος. & ita *senescere* & *consenescere* Lat. vid. *Cort.* ad *Sallust.* Cat. c. 20. sect. 10. Antecedit proxime, ἀπὸ στόματος καλῶ. ut ἀπὸ φωνῆς ἐκβάλλειν πρῶτον, ἔπειτα ταῖς χερσὶν ὠθεῖν *Plut.* T. II. p. 412. A. p. 486. B. ἀπὸ τῆς τοξικῆς εὐδοκιμεῖν. 498. E. ἀπ' ἐλάσσονος δαπάνης τὸ αὐτὸ ποιεῖν. *Ael.* de Anim I. c. 23. θηρᾶν ἰχθῦς ἀπὸ χειρός. *Chrys.* T. V. Op. 744. C2, ἀπὸ ψιλῶν ἐπιταγμάτων. *Plat.* VIII. de Rep. 496. G. ἀπὸ κλήρων αἱ ἀρχαὶ ἐν τῇ πόλει γίγνονται. Horum in nonnullis etsi ἡ ἀπὸ cum casu suo usum suppleat casus sexti, tamen linguæ gnarus significationis quandam differentiam subesse percipiet.

Vs. 292. Ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς ---- Τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα. Legitur hic vs. cum seq. apud *Lycophr.* Schol. ad vs. 519. & Λιβυστίοις pro Λιβυστικοῖς, & utrumque novit *Steph. Byz.* Prius tamen *Noster* iterum in Suppl.

 vs.

vs. 287. *Stanl.* ut *Casaub.* Λιβυςικῆς mavult, & hic adscripserat, vid. *Pomp. Mel.* I. c. 7. Locutionis τιθέναι πόδα & ἴχνος, *Euripidi* inprimis frequentatæ, exempla contulere plures, quibus addi poterit *Æsch.* Agam. vs. 916. Suppl. 32. *Eurip.* Orest. 234. 1440. Phœn. 843. 1710. 1713. Androm. 545. Trod. 1305. Jon. 741. Electr. 1209. & *Xenocratis* dictum apud *Ael.* L. XIV. V. H. c. 42. μηδὲν διαφέρει ἢ τοὺς πόδας ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν τιθέναι. Heic quid sit ὀρθὸν & κατηρεφῆ τιθέναι πόδα, quod sciam huc usque attigit nemo. Mihi, dum meliora didicero, prius notat, *incedere* seu *ingredi*, alterum *sedere*, vel *stare* in curru, atque per utrumque subindicari Deæ τὸ ἔνεργον ἐν τῷ ἀρήγειν. Ipsa de se vs. 406--408. διώκουσα ἦλθον ἄτρυτον πόδα, πώλοις ἀκμαίοις τόνδ' ἐπιζεύξασα ὄχον. In Schol. ad vs. 296. vel scribendum, δρανοῦς, i. e. δραστικοῦ, vel inducta litera ultima, ἐδρανοῦ. prius videtur ad poëtæ mentem aptius. Apud *Arist.* Thesm. vs. 671. ἐν τόποις ἑδραῖος λέληθεν ὤν, Schol. expl. λάθρα ἕζεται, non ἕξεται, ut vulgatur.

Vs. 301. Μὴ μαθόνθ' ὅπου φρενῶν τὸ χαίρειν. Infra vs. 426. ὅπου τὸ χαίρειν μηδαμῶς νομίζεται. Schol. illustrans ἀναίματον, quod edi-

editur, ex conjectura, ut videtur, addit, ἢ ἐναίματον. Aliud ἀναίμακτον. *Arist.* T.I. p. 313. ἀναίμακτον τρόπαιον, i. e. ἄνευ αἵματος ϗ σφαγῆς, Schol. inedito interprete. Apud *Them.* Or. II. p. 37. C. ἀναίμακτος ϗ ἄδακρυς νίκη. Infra in Suppl. vs. 204. ἀναίμακτοι φυγαί. Vs. 299. Personæ indicem mutans *Scal.* τῷ Χο. substituit, Εὐ. recte haud dubie.

Vs. 303. Οὐδ' ἀντιφωνεῖς, ἀλλ' ἀποπτύεις λόγους. Posterioris Schol. explicationis habita ratione, ἀντιφωνεῖς foret Futuri temporis, ac leg. itidem esset, ἀποπτύσεις. Imo si, quod videtur statuendum, verba hæc Eumenidis respiciant Orestis illa vs. 279. ἐν τῷδε τῷ πράγματι φωνεῖν ἐτάχθην, tempus quod dixi requiretur, & sententia erit, *neque vicissim loqueris*, *vocis*ve *sonum edes*, sed *aversabere* atque *despues sermones illos*. Sequitur ὕμνος δέσμιος sensu agendi, ut vs. 333. & δέσμιος παιὰν in *Arist.* Thesm. vs. 1044. Passive norunt tantum Lex. qua notione extat in Lit. Sacr. & *Palæph.* c. II. Mox personæ indicem delet *Scal.* qui præter *Robort.* reliquas Editt. occupavit.

Vs. 313. Τοὺς καθαρὰς χεῖρας προονέμοντας οὔτις ἀφ' ἡμῶν μῆνις ἐφέρπει. Idem προσνέμειν hoc in loco, quod προσέχειν, ut simplex νέ-

νέμειν frequentat *Sophocles* loco τȣ̃ ἔχειν. Sic quod in Antig. vs. 179. κράτη ϰ̀ θρόνȣς ἔχειν, id νέμειν θρόνȣς Œd. Tyr. vs. 245. quodque aliis ὥραν, φροντίδα ἔχειν, eidem νέμειν ὥραν in Trach. vs. 57. Infra vs. 750. τιμὰς νέμειν. ubi Schol. & sic *Eurip.* νέμειν προςάτην, de quo *Suid.* & *Petit.* de Legg. Attic. II. Tit. 5. *Menander* apud *Stob.* Tit. 77. p. 453. μητέρα προσφιλῆ νέμειν δεῖ. *Hesych.* Νέμει ---- ἔχειν διαδίδωσι. F. ἔχει, διαδίδωσι. *Casaub.* προνέμοντας leg. coniicit. Ἐφέρπει τȣ̀ς scriptum, pro ἕρπει ἐπὶ τȣ̀ς. Vs. 311. idem *Casaub.* ut *Cant.* corrigebat ἀμά. *Stanl.* pro ὡς malebat ὧν. *Casaub.* οἷς. Scripturam receptam tuetur Schol. explicatio per τίνα τρόπον. Vs. 312. rursus *Casaub.* correxerat εὐθύδικαι δ', pro εὐθ. θ'.

Vs. 316. Ἀσιν̀ης δ' αἰῶνα διοιχνεῖ, pro ἀσινεῖς διοιχνȣ̃σι, qua numerorum permutatione, ut supra jam dictum, nil vulgatius. Vid. mox vs. 319. 321. 337--340. *Pind* Pyth. VIII. vs. 10. Nem. VI, 53. *Soph.* Oed. Col. 170. seq. ibi Schol. *Arist.* Nub. 984. seq. ibid Schol. & ad Vesp. 563. Pac. 638. seq. Av. 1064. 1067. 1088--1100. *Bud.* Comm. p. 1090. seq. *H. Steph.* Append. ad Script. Al. de Dial. p. 134. διελθεῖν τὸν βίον est *Plat.* Euth. p. 223. E. Gorg. 312. E. atque aliquoties

ties deinceps; & οὐ μακρὸν βίον ϑέειν Alcib. II. p. 42. C.

Vs. 319. Μάρτυρες ὀρϑαί. i. e. ἀληϑεῖς. *Soph.* Ajac. vs. 355. ὀρϑὰ μαρτυρεῖν. ubi Schol. ὀρϑὴν κ̀ δικαίαν ψῆφον ἐπιφέρειν fcripfit *Ariftid.* T. III. p. 535.

Vs. 322. Ὦ μᾶτερ νὺξ Ποινᾶν κλῦϑι. *Ald.* cum *Robort.* Ποινὰν legunt, uti *Stanl.* & *Scal.* De Furiis pro Noctis filiabus habitis vid. *Potter.* ad *Lycophr.* vs. 337. nec hujus loci oblitus, atque ut debebat ἀλαοῖσι citans. Vs. 329. τῷ τεϑυμένῳ eft, *ubi mactatus fuerit*, ut ἡμῶν ἀντεπιτετειχισμένων in *Thuc.* L. I. c. 142. *cum muniti fuerimus adverfus.* Vid. mox Schol. ad vs. 332. φρενοδαλὴς vs. 331. & 344. habet *Ald.* confentiente in loco pofteriore *Robort.*

Vs. 337. Θανάτων τοῖσιν αὐτȣργίαι ξυμπέσωσιν μάταιοι. *Canter.* ϑνατῶν merito leg. vifum, propter oppofitum ἀϑανάτων vs. 350. αὐτȣργίαις, quod *Ald.* & *Robort.* habent, correxerat quoque *Scal.* αὐτουργίαι μάταιοι funt *homicidia fcelefta*, μιαρὰ, & φόνοι αὐϑένται, uti vocat vs. 212. Sic μάταια & ἀνόσια κνώδαλα in Suppl. vs. 769. & μάταιαι χεῖρες *Soph.* Trach. 574. Schol. ad vs. 340. præpono ἐλεύϑερος. Alterum ad vs. 342. quod jam *H. Steph.* corruptum adgnovit, reftitui puto, mo-

modo legamus, ἐφυμνίῳ τῷ αὐτῷ αὖθις χρῆται, ----

Vs. 353. Οὐδέ τις ἐστὶ συνδαίτωρ μετάκοινος. Verbum μετάκοινος, apud hunc ſcriptorem frequens, alibi occurriſſe mihi non recordor. Apud *Heſychium* forte reponendum, pro μετακοινωνὸς, quod perinde ut Schol. in Suppl. vs. 1046. expl. per κοινωνός. Mox πάλλευκοι πέπλοι, ut πάλλευκον κάρα apud *Eurip.* Med. vs. 500. quod inde citat *Euſtath.* Iliad. A. p. 49. princ. add. vs. 30. & 1164. At his nihil lucis accedit *Heſychii* gloſſæ, qua πάλλευκον exponitur ἀνήμερον. In *Pind.* Pyth. IV. vs. 193. λευκὰς φρένας idem *Heſych.* interpretatur, μαινομένας, ἀγαθὰς, & ἡμέρους. Vix diſcrepat Schol. quod ad primam explicationem, ut qui exponit ἀνόητες. Sed dederat forte *Heſychius*, πάλλευκον, πανήμερον. Sed & de tertio ejusdem Grammatici loco ut quidpiam moneamus, occaſionem præbent verba ſubjecta, ἄμοιρος, ἄκληρος, ut qui priorem vocem per alteram explanat, ubi ſcribit, Ἄμοιροι, ἄχωροι, ἄκληροι. Pro ἄχωροι legit *Iſ. Voſſ.* ἄδωροι. At cum multa ſint, quorum quiſpiam ἄμοιρος, poterit reſpicere gloſſa locum ſcriptoris, in quo ſermo de χωρίων ἀμοίροις, ut S. C. Theb. vs. 739. μεγάλων πεδίων ἄμοιροι.

Vs.

Vs. 355. Ὅταν Ἄρης τιθασσὸς ὢν φίλον ἕλῃ· ἐπὶ τὸν ὦ διόμεναι &c. Senſum horum cum Schol. recte intellexit *Pauwius.* Τίθασος tam in contextu quam Schol. legit *Scal.* ἐλεῖν valet ἀνελεῖν. vid ad Prom. vs. 121. φίλος pro συγγενὴς, ut in Choëph. 693. Tum leg. ἐπὶ τὸν ὦ διόμεναι, pro ἐπιδιόμεναι, quo & ipſo compoſito augeri poteſt *H. Steph.* Theſ. ut in Suppl. vs. 826. μετά με δρόμοισι διόμενοι, pro μεταδιόμενοι. Atque ita ὦ *Ephr. Syr.* p. Θ. ὦ ἀπὸ τοῦ φθονοῦντος. & p. ϛ δ aliquoties. *Virg.* II. Aen. vs. 644. *Sic o, ſic poſitum adfati diſcedite corpus.* Mox κρατερὸν ὄνθ᾽ ſi accipiatur dictum, pro καίπερ κρατερὸν ὄντα, præſtare videretur ὅμως. Schol. ὑφ᾽ αἵματος νέου expl. διὰ τὸ νέον αἷμα: rectius fortaſſe conſtruetur cum ἐπιδιόμεναι, *ad ſanguinem & indicia recens factæ cædis perſequentes*, quod vs. 247. πρὸς αἷμα ἐκμαστεύομεν. add. vs. 245. & 253. favet adjunctum νέον, ut vs. 204. & *Eurip.* Rheſ. 791.

Vs. 361--368. Σπευδόμεναι —— ἀπηξιώσατο. Eſt hic locus inter difficillimos. Senſum quem tribuit Schol. verbis, θεῶν δ᾽ ἀτέλειαν ἐμαῖσι λιταῖς ἐπικραίνειν, μηδ᾽ ἐς ἄγκρισιν ἐλθεῖν, quæ interpretatur, εὔχομαι τοῖς θεοῖς τελέσαι μου τὸ βούλημα, καὶ μὴ εἰς μάχην μοι ἐλθεῖν, e Græcis, prout ea legi-

mus, haud extundo. Nisi obstaret vox αἱματοσταγὲς, dicerem objectionem continere, quam excipiat responsum ac solutio vs. 369-373. δόξαι --- πόδας. Hoc ut indicare velint Eumenides, *quod si, qui a nobis vindictam auxiliumve sperat, nequicquam id expectandum putet, nilque preces proficere, aut in causam inquiri, quoniam Jupiter abominandum invisumque genus nostrum ne alloquio quidem dignetur, ei nos propere hunc scrupulum eximemus, atque hac cura & sollicitudine liberabimus.* Verum ut dixi obstat vox αἱματοσταγὲς, quæ homicidis, (de quibus itidem ut cetera intellexisse interpretem Græcum, docet Schol. ad vs. 367.) non Eumenidibus convenit: at si fingamus, scriptum pro eo αἱματοχαρὲς, quadrabit in Deas, ut quas legimus vs. 183. μέλαιν' ὑπ' ἄλγους ἀπ' ἀνθρώπων ἀνιέναι ἀφρὸν, & ἐμεῖν θρόμβους φόνου, οὓς ἀφείλκυσαν. Vs. 193. ablegantur ad λέοντος ἄντρον αἱματορρόφου. Vs. 254. ipsas audias dicentes, *odor humani sanguinis arridet.* & 264. cupidas *vivi Orestis sanguinem sorbere.* Quam porro apte dicantur ἀξιόμισοι, ostendunt vs. 68--74. quin vs. 73. αὐτολεξεὶ audiunt, μισήματα ἀνδρῶν καὶ θεῶν. Vs. 191--197. Constructio, suppletis quibusdam hunc in

mo-

modum foret inſtituenda: σπευδόμεναι δὲ (n. ἐσμὲν) ἀφελεῖν τάσδε μερίμνας (n. τοὺς ἀνθρώπους ſive ὀντιναοῦν) οὔ τινα (negativam adſumſi ex V. ἀτέλεια) δὲ (i. e. δὴ *nempe*) θεῶν ἐπικραίνειν τέλος (ταῖς) ἐμαῖς λιταῖς, μήδ' ἐλθεῖν εἰς ἀνάκρισιν· Ζεὺς γὰρ (i. e. ὅτι ὁ Ζεὺς) ἀπηξιώσατο ἆς λέχης (i. e. τῆς ἑαυτοῦ λ. τὸ) αἱματοχαρὲς ἀξιόμισον ἔθνος τόδε (pro ἡμᾶς τοὺς ἀξιομίσους.) ἔθνος ut γένος & Lat. *natio* in malam partem ſumi, nec hoc loco prætermiſſo, docet *Bern. Martin.* L. I. Var. Lect. c. 13. Sed & ad alium paulo ſtructuræ ordinem redacta eundem verba fundent ſenſum, hunc puta: σπ. δ. (ἐσμὲν) ἀφελεῖν τινα (pro πάντα τινὰ & ὀντιναοῦν) τάσδε μερ. (τὰς περὶ ſeu ἀμφὶ τὸ) μὴ ἐπικραίνειν (τοὺς) θεοὺς τέλος (ταῖς) ἐμαῖς λιταῖς, οὐδὲ ἐλθεῖν εἰς ἀνάκρισιν, διότι ὁ Ζ. ἀπηξ. &c. Videamus de verbis nonnullis. Ἀφελεῖν μερίμνας ſcriptum, ut μέλημα ἀφελεῖν vs. 747. ἐς ἄγκρισιν. probavit *Stanl.* Edit *Robort.* habet ἐς ἔγκρισιν. *Ald. Turn.* ἐπ' ἄκροισιν. *Caſaub* ſuo exemplari adſcripſerat, ἐπὶ κρίσιν. Quid ἀνάκρισις in foro Attico docet *Bud.* in Comment. p. 35. & præcipue *Annot. Reliq.* in *Pandect.* p. 8. *Harpocrat.* ibique *Mauſ.* & *Valeſ.* Μηδ' ἐς ἀνάκρισιν ἐλθεῖν phraſi *Herodotea* L. III. c. 53. eſt, μηδὲ ἀνακρίσεως ἀξιῶσαι & ἀξιοῦσθαι. Mutatio vel potius reſolutio τοῦ ἀτέλειαν in οὐ τέλος ne cui mira videatur, cave-

bunt forsan *Diluc. Thuc.* p. 28. Dictio ἐπικραίνειν τέλ@ occurrit iterum in Suppl. vs. 632.

Vs. 369--373. Δόξαι τε---ποδός. His jam, ex præmissa hypothesi, continebitur responsum ad objectionem memoratam, quasi nempe dicant, *ut ut ista vera esse largiamur*; *tamen id efficere valemus*, *ut nostro accessu atque impetu gloria hominum*, *ad summum licet evecta fastigium*, *attenuata ac consumta minuatur*, *&* *inhonori pereant*. Pro δόξαι τε leg. foret δόξαι γ'. Mutuo se respiciunt, ὑπ' αἰθέρι σεμναὶ, & κατ' γᾶν ἄτιμοι. idque videtur attendisse Schol. dum ad sensum bene expl. τοὺς ὑψηλοὺς καθαιροῦμεν. *Casaub.* τῷ ἐπιφόνοις adposuerat ἐπιφόροις, dispescam ego in voces duas, ἐπὶ φόνοις. sic ὀρχησμοὶ ἐπὶ φόνοις dictum erit, ut vs. 329. & 342. ἐπὶ τῷ τεθυμένῳ μέλ@. Verbum μινύθω adhibuit itidem S. C. Theb. vs. 926. *Soph.* Œd. Col. 717. (683.) ἄϋπνοι κρῆναι οὐ μινύθουσι. ubi Schol. λήγουσι τοῦ ῥεῖν. l. λήγουσι. Pro ὀρχησμοῖς volunt schedæ mecum communicatæ *Casaub.* correxisse, ὀρχησθοῖς. sed dare voluit opinor dederatve ὀρχηθμοῖς, quod *Homeri*, unde & introductum in Noviss. Edit. *Luc.* de Salt. c. 23. suaseratque *H. Steph.* in Thes. L. Gr. Vid. Cl. *Valcken.* Epist. ad

M,

M. Roever. p. 43. seq. & *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 88. ὀρχησμὸς est præter alios in *Theophan.* Chronogr. p. 296. C.

Vs. 374—378. Μάλα γὰρ οὖν —— ἄταν. Non uno modo hæc ordinari poterunt, prout σφαλερὰ acceperimus, vel nempe isto, Μάλα γὰρ οὖν ἁλλομένα ἀνέκαθεν καταφέρω βαρυπεσῆ (τὴν τοῦ) ποδὸς ἀκμὰν, ἄταν δύσφορον (κατὰ τὰ) κῶλα σφαλερὰ (τοῖς) τανυδρόμοις. Sin σφαλερὰ habeatur pro feminino, commate posito ante δύσφορον, constructio erit, μάλα γὰρ οὖν ἀλλ. ἀνέκ. βαρ. καταφ. ποδὸς ἀκμὴν, ἄτ. δύσφορον, (καὶ τοῖς) τανυδ. σφαλερά (εἰμι) κατὰ τὰ κῶλα. Sic οἶνος ὀρθὸς καὶ σφαλερὸς in *Athen.* IV. p. 179. E. Voculæ γὰρ οὖν junctæ quoque incedunt in *Soph.* Ajac. vs. 34. *Aristid.* T. I. p. 524. ποδὸς ἀκμὴ, ut χειρῶν ἀκμὴ supra Pers. vs. 1065. ἀκμὴ ὀδόντων *Basil.* T. I. p. 65. fin. aliisque. καταφέρειν τὸν πόδα, vel uti heic loci, τὴν τοῦ ποδὸς ἀκμὴν, ut τὸ ξίφος καταφέρειν τῷ πολεμίῳ *Plut.* T. II. p. 236. E. καταφορὰ τοῦ ξίφους *Polyb.* apud *Suid.* V. ἀποξυστροῦσθαι. τὴν ἅρπην καταφέρειν τῆς ἰξύος *Achill.* Tat. L. I. p. 15. τὴν σφύραν *Luc.* Cauc. c. 2. & *Chryf.* XXVI. Homil. in Acta Apost. prope fin. ὁ χαλκοτύπος σφύραν οὕτω βαρεῖαν καταφέρων ἀπὸ πολλοῦ τοῦ ὕψους. quo in loco vertendo mire allucinatus est interpres. Ceterum vides

 quod

quod *Nostro* ἀνέκαθεν, id ibi ἀπὸ πολλȣ̃ τȣ̃ ὕψȣς. quod σφύραν καταφέρειν βαρεῖαν, heic βαρυπεσῆ καταφέρειν ποδὸς ἀκμήν. Conf. scripta *Diluc. Thuc.* p. 3. *Pauwius* καταφέρειν sumit, ut hoc ejusdem *Chrys.* apud *Steph.* in Thes. ὁρᾷς τὸν διάβολον πῶς ἐπεχείρησε κατενεγκεῖν τὸν Ἀδάμ. cui addo *Demetr. Constantinop.* de Re Accipit. p. 41. καταφέρει, caro bovilla, τὸν ἱέρακα. nos. diceremus, *onder den voet* & *te gronde helpen.* Usitatum pro eo magis καταβάλλειν, de quo *Petr. Faber* Agon. L. I. c. X. ult. & XI. Vocis τανύδρομος eadem indoles, quæ τȣ̃ τανύπȣς apud *Sophoclem.* Vid. *Suid.* V. τανύποδας. & *Simonidis* τανυπτέρυγος apud *Stob.* T. XCIII. p. 558. quo destituitur *Steph.* Thes.

Vs. 379. Πίπτων δ' ȣ̓κ οἶδε τόδ' ὑπ' ἄφρονι λύμᾳ. Adscripsit *Casaub.* al. λύσα, voluit credo λύσσᾳ. Dictum autem ὑπὸ λύμᾳ aut λύσσᾳ, ut Choëph. vs. 26. ὑπ' ἄλγεσι *præ doloribus.* Addit *Noster*, τοῖον γὰρ ἐπὶ κνέφας ἀνδρὶ μύσος πεπόταται. i. e. τ. γ. κν. καὶ σκότος μυσαρὸν καὶ βδελυκτὸν ἐπιπεπόταται καὶ ἐξήπλωται, seu ἐπιτετάνυσται, τῷ πεσόντι, quomodo Schol. expl. in Pers. vs. 671. συγία γάρ τις ἐπ' ἀχλὺς πεπόταται. In Schol. ad vs. 379. male περιφρονῶν. Recte *Scal.* correxit, παραφρονῶν.

Vs. 381. Δνοφεράν τιν' ἀχλὺν κατὰ δώματος αὐ-

αὐδᾶται πολύςονος φάτις. Corrigit *Casaub.* δυσφερά τις ἀχλὺς —— δ' αὐδᾶται. quod eligenti distinguendum erit ante πολύςονος φάτις. Receptæ lectionis constructio est, καὶ ἡ πολύς. φάτις αὐδ. κατὰ τὴν δυσφ. ἀχλὺν τοῦ δόμ. & sententia, *qualis est, conditio domus istiusmodi hominis* μυσαροῦ, *talis quoque de ea rumor & sermones*, πολύςονοι nempe. De tropico usu V. ἀχλὺς vid. Cl. *Alberti* ad *Hesych.* V. ἀχνύμενος. Vs. 383. *Casaub.* delet δὲ, & vs. 384. pro γὰρ legit δ' ἄρ'.

Vs. 388--392. Ἄτιμ' —— ὁμῶς. Voci λάμψαι, quæ lectio est Edit. *Turn.* substituit *Scal.* λάμπα, vel λάμψει. *Casaub.* pro ἀτίεται, ut priscæ habent Editt. legit ἄτιτα, & ἐν ἡλίῳ, pro ἀνηλίῳ. *Spanh.* ad *Comici* Nub. 261. hinc citat δυσπαίπαλα. ad *Callimachum* autem H. Dian. vs. 194. δυσπαίπαλα, ut habet Edit. *Robort.* Vulgatum δυσοδοπαίπαλα tuetur Schol. eoque accessio, juxta cum δυσόμματος, fieri poterit *Steph.* Thes. ἀνήλιος contrarium τῷ εὐήλιος vs. 909. Conf. *Spanh.* in *Arist.* Ran. vs. 243. De ἀτίετος Animadvers. ad Agam. vs. 1437. Totus locus hoc structo verborum ordine intelligi videtur velle, δίομεναι (i. e. ζηλοῦσαι) λάχη ἄτιμα (καὶ) ἀτίετα (καὶ) διχοςατοῦντα θεῶν, (καὶ τῇ) ἀνηλίῳ λάμπᾳ

(i. e.

(i. e. διὰ τὴν ἀνήλιον λάμπην) δυσοδοπαίπαλα (τοῖς) δερκομένοις ὁμῶς καὶ δυσομμάτοις.

Vs. 396—400. Ἔπι δέ μοι —— κνέφας. Ordo est, καίπερ δὲ τάξιν ἔχουσα ὑπὸ χθόνα καὶ κνέφας δυσήλιον (pro ἀνήλιον, ut paulo ante) ἔπεστί μοι (ὅμως) παλαιὸν γέρας, οὐδὲ κύρω ἀτιμίας. Sic cuncta cohærent, & ad se mutuo referuntur sensu dilucido. Comparentur quæ supra vs. 348. seqq. & 361. seqq. ac mutuam lucem fœnerabuntur. Qui versus dimensus est, ultimum in his choricis Jambicum adfirmat, legebatque adeo, τάξιν γ' ἔχουσα ——

Vs. 401. Πρόσωθεν ἐξήκουσα κληδόνος βοὴν, Ἀπὸ Σκαμάνδρου τὴν καταφθατουμένην. Adscripserat *Casaub.* al. τῆσδ' vel τῆνδ' ἑκὰς φθ. *Robortellus* in erratis corrigit, καταφατουμένη, deceptus, ut videtur, vitiosa *Hesychii* lectione, qui ceterum hunc ipsum intendens locum optime explanat per κατακτωμένη, & quidem κυρίως τὸ ἐκ προκαταλήψεως. Lexica quotidiana una cum simplici φθατέω ignorant. Placet *Stanl.* emendatio, γῆν καταφθατουμένη. Unde & in Schol. legam, καταφθατουμένη, καταφθάνουσα, & habet καταφθάνουσα *Robort.* Nominativus ut transiret in Accusat. fecit corruptela in τὴν, unde ut fit error errorem progenuit.

nuit. Per κλῃδόνος βοὴν videtur innui Oreſtis cum clamore invocatio Deæ vs. 287. ſeqq.

Vs. 404. Αὐτόπρεμνον. Interpretatur *Heſych.* αὐτόῤῥιζον. *Eurip.* Rheſ. vs. 288. αὐτόῤῥιζον οἰκεῖν ἑστίαν χθονὸς, isque eſt ille locus, quem V. L. apud *H. Steph.* in Theſ. L. Gr. inde excitarunt, ſenſum licet parum adſecuta. Vid. ibi *Brodæum.* add. *Lycophr.* vs. 316. & *Spanh.* ad *Ariſt.* Ran. vs. 932.

Vs. 406--408. Ἔνθεν διώκουσ' —— ὄχον. Nihil defatigatam celeriter ſe adeſſe ait, ægidis opera, non velis uſam in traijciendo mari, eoque trajecto curru vectam robuſtis generoſisqus equis juncto. Sic nempe hæc intelligenda exiſtimo. Οὐκ pro τόνδε ſi legas cum *Pauwio*, frigebit prorſus adjunctum ἀκμαίοις. *Caſaub.* τῷ ἄτερ adſcripſiſſe τῷδε, notant Schedæ, quod quid ſibi velit, non divino.

Vs. 409--411. Καὶ νῦν δ' ὁρῶσα —— ἐστέ. Ut *Canter.* pro καὶ νῦν emendaret, καινὴν, movebat V. D. quod videret, male hæc cohærere cum præcedentibus, eamque eſſe vocularum καὶ —— δὲ vim atque uſum, qui præſenti à loco ſit alieniſſimus, & de quo conſuli poterunt *Lect. Ariſtæn.* p. 252. Nec hoc ſolum. Sed

& reliqua Minervæ verba, ταρβῶ μ᾽ ὁδεῖν, θαῦμα δ᾽ ὄμμασιν πάρα, τίνες ποτ᾽ ἐστέ. indubiam præstant istam emendationem. χαινὴ ὁμιλία, est ὁμιλία παράδοξος, ξένη, & hinc θαυμαστὴ, *inusitata* & *invisitata* prius. Sic τὸ χαινότατον, *quod maxime mireris*, apud *Lucianum* aliquoties, & *Ael.* de Anim L. L. XVII. c. 18. καὶ τοῦτο δήπου τὸ χαινότατον &c. χαινόν τι τῷ λόγῳ apud *Herodot.* II. c. 100. est *spargere sermones & rumorem de re mirifica & inusitata*; quod alius dixisset, λογοποιεῖν τὸ καὶ τὸ χαινόν. Illud θαῦμα δ᾽ ὄμμασι πάρα, scripsisse videtur imitatione *Hom.* Iliad. N. vs. 99. ὢ μέγα θαῦμα τόδ᾽ ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι. Tum ὁμιλία χθονὸς, ut 1033. (Supra φῦλον ὁμιλίας vs. 57. ubi Schol.) scriptum, pro ὁμιλία χθόνιος, i. e. φοβερὰ, δεινὴ & βαρεῖα. Chorus infra vs. 723. βαρεῖα χώρα τήνδ᾽ ὁμιλήσω πάλιν. & vs. 714. βαρεῖα ὁμιλία ἥδε χθονός. *Hesych.* χθόνια —— βαρέα, φοβερὰ, —— *Eurip.* Schol. ad Phœn. vs. 817. πάντα τὰ δεινὰ χθόνια ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. Conf. supra vs. 34. 46. seqq. Sed & quid si in *Euripidis* laudata modo fabula vs. 1417. ubi de Eteocle scribit, ὅτι πως νοήσας, τὸ Θεσσαλὸν εἰσήγαγε σόφισμα ὁμιλίᾳ χθονὸς, quidsi, inquam, per ὁμιλίαν χθονὸς intelligamus ὁμιλίαν ac consuetudinem fraudulentam, βδελυκτρόπον & στυγερὰν, adeoque

Eteo-

Eteoclem Thessalorum more ad artes subdolas animum convertisse, easque arripuisse. Isto autem sensu χθόνιος priscis usitatum docet *Eustath.* ad Odyss. Δ. p. 168. vs. 33. ubi hominem talem non modo ὕπουλον & σκοτομήδη, verum etiam χθόνιον dictum scribit, exponitque, διὰ δόλον συγνὸν· ὄντα καὶ κατηφῆ. Aliter Schol. & *Hesych.* inter cetera, χθόνα interpretantes *patriam*. Genitivum nominis adjective accepti Hebræis tribuunt vulgo, ut Ep. ad Ephes. IV, 24. ἐν ὁσιότητι ἀληθείας, pro ἀληθεῖ, ubi vid. *L. Bos.* Sed & ita *Noster* in Prom. vs. 791. πόντου φλοῖσβον περᾶν, pro πόντον πολύφλοισβον π. Et sic infra forsan capiendum βίος δακρύων vs. 957. Conf. *Horat. Vitring.* Anim. ad *Vorst.* p. 225. Voculæ καὶ δὲ, quod raro fit, nullo alio intercedente vocabulo, occurrunt in *Pauf.* Arcad. p. 698. καὶ δὲ ταύτης, Lucinæ, ἔχουσιν ἐν τῇ ἀγορᾷ ναὸν καὶ ἄγαλμα. At more consueto *Arrian.* de Venat. c. 7. οὐδὲ τὸ ἴσταται δὲ ἐν πεδίῳ λυθεῖσαν κύνα ἀγαθὸν, εἰ μὴ πρεσβυτέρα τύχῃ. ubi οὐδὲ in καὶ οὐ resolutum sistet quod dixi, & requirit sensus, vacaturo alioqui δέ.

Vs. 411--415. Πᾶσι δ' ἐς κοινὸν λέγω· τῷδε ξένῳ, ὑμᾶς θ' &c. Adscripsit *Scalig.* τῷ πᾶσι, i. e. πάσαις. Quod quo valeat,

cum adſit τῷδε ξένῳ, ignoro. *Caſaubonus* offenſus nonnihil conſtructione variata corrigebat, ὑμῖν θ' ὁμοίαις, intactum relinquens ἐμφερεῖς, quod proin mutatis reliquis, in ἐμφερέσι tranſire jubet *Pauwius*, adfirmans, nihil eſſe certius, etſi βροτείοις ἐμφερέσι μορφώμασι paulo inſolentius ſit, ſed ſyntaxin aliud non admittere. Mihi nulla innovandi cauſa apparet; quum enim æque recte dicas λέγω σοι, atque λέγω σε, in compellando atque alloquendo, utraque quoque ſtructura eadem in periodo locum invenit. Vid. in hanc rem harum Animadverſ. L. I. p. 149. Sic quod *Auctor* Dial. Philopatr. c. 1. σοὶ λέγω, ὦ καλὲ Κριτία. id *Luc.* Tim. c. 40. σέ φημι, Θησαυρὲ —— ut *tibi dico* apud *Terent.* Reddi poterit σὲ λέγω *te deſigno. Herodian.* L. IV. p. 544. vs. 22. ἐβόα πεφευγέναι ἐπιβουλὴν πολεμίου καὶ ἐχθροῦ· τὸν ἀδελφὸν λέγων, *fratrem intendens.* Eſt ubi λέγω nullum ſibi regimen vindicans reſpondet Lat. *puta*, *nempe* &c. *Soph.* Ajac. vs. 572. ὑμῖν τήνδε ἐπισκήπτω χάριν, ὅπως παῖδα τόνδε δείξῃ μητρὶ, Ἐριβοίᾳ λέγω. *Ariſtid.* T. 1. p. 579. τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, καὶ ποιητῶν λέγω καὶ τῶν ἄλλων. Notanda quoque hic venit *tenendi*, *attingendi* & *amplectendi* ſignificatio τοῦ ἐφῆφθαι, in verbis βρέτας τὸ μὸν ἐφημένῳ ξένῳ. qua

qua iterum infra vs. 449. χεὶρ ἐφεζομένη βρέτας, quod supra vs. 259. περὶ βρέτει πλεχθεὶς & vs. 80. ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας. De regimine verborum ἐφῆσθαι, ἐφέζεσθαι & ἐπικαθῆσθαι vidimus ad Prom. vs. 973. Agam. 673. *Lect. Arist.* p. 196. *Dil. Thuc.* p. 681. de ratione *Lect. Arist.* 85. add. Schol. *Arist.* Plut. vs. 226. Per σπαρτῶν γένος Abbas *Massieu Memoir. de Liter.* Tom. VIII. p. 546. ut in S. C. Theb. vs. 418. & *Pind.* Isthm. I. vs. 41. Thebanos intelligit. Accipiam ego cum interprete in universum de hominum genere. Οὔτ' ὤν, ut μήτ' ὤν in Agam. vs. 366. 481. add. *H. Thes.* L. Gr. T. IV. p. 820. B. Similiter μή τι γοῦν *Ael.* de Anim. III. c. 23. ult. De informi Eumenidum forma supra vs. 46—52. & 57.

Vs. 416. Λέγειν δ' ἄμορφον ὄντα τοὺς πέλας κακῶς Πρόσω δικαίων, ἠδ' ἀποστατεῖ θέμις. *Robort.* ἠδ'. *Ald.* & *Turn.* quod dedit *Stanl.* & correxerat *Scal.* ἠδ' ex ἡδὲ, quo sive ἥδ' obtinente, ἥδε θέμις dictum erit, pro ἡ ἐμὴ, Palladis, θέμις, & removendum comma ante ἠδ': sin ἠδ' legatur, quod expressit versio, intelligetur, ἐστί. Πρόσω ἀποστατεῖ ἥδε θέμις τῶν δικαίων est, πάνυ seu ἄγαν ἀθέμιστόν ἐστιν, *abhorret a justo, injuste agerem*, seu *injusta*

forem, si quia informes estis, vos conviciis incesserem. Apollinis scil. exemplo vs. 67--74. 190--198. & infra 647. Structura minime impedita morabitur neminem, πρ. ἤδε θ. ἄπος. τῶν δικ. (τὸ) τοῦ πέλ. κακῶς λέγ. τὸν ἄμ. ὄντα. Scholii brevitate subobscuri mens esse videtur, *iniquum foret, si putares diceresve maledicere me tibi, cum revera ea tua forma sit, quam esse dixi*, informis nempe. Vs. 418. Chori persona cur præfigatur, pro Eumenidis, causam non video; ideone forsan? quia sequitur, ἡμεῖς γάρ ἐσμεν &c.

Vs. 422. Τιμάς γε μοῦ δὴ τὰς ἐμὰς πεύσῃ τάχα. Laboranti metro succurrit *Arnaudtii* correctio τάσδ', malim tamen ob nexum cum versu seq. τάς τ'. Sensus enim, τάχα μέν γε δὴ (pro ἤδη) πεύσῃ (βουλήσῃ πυνθάνεσθαι) καὶ τὰς ἐμὰς τιμάς. *forsan audire & accipere jam quoque voles, quodnam munus meum.* Nam respondet Minerva, μάθοιμ' ἂν εἰ λέγοι τις, pro εἰ λέγοις. quo de usu τοῦ τὶς Cl. *Duker.* ad *Thuc.* V. c. 14. Hic γε μοῦ δὴ, quod in Suppl. vs. 249. γε μὴν δή. Vs. 420. retracto accentu leg. ὕπαι. Pro ἐμφανῆ. *Ald.* & *Turn.* legit ἐκφανῆ. Supra vs. 244. habuimus τέκμαρ ἐκφανές.

Vs. 425. Καὶ τῷ κτανόντι τοῦτο τέρμα τῆς σφα-

σφαγῆς; *Stanl.* post *Casaubonum* emendat, φυγῆς, probante merito *Arnaudtio*, qui insuper egregie leg. vidit, πῦ τό. Vulgatæ lectionis sensus esset, ϰ̀ τοῦτό ἐστι τὸ τέρμα ϰ̀ τέλος τῆς σφαγῆς; rogaretque adeo Minerva, εἰ ἐν τούτῳ τὸ σφάξαι παύηται, *itane finiretur cædes?* nec ultra aliam sint admissuri οἱ ἐλαθέντες? quod absurdum cum sit, eo ipso emendationis adparet necessitas. Sed & πῦ pulcre respondet seq. ὅπου. Conf. quoque quæ supra vs. 335. seqq. Sic τέρμα πλάνης in Prom. vs. 623. μόχθων 754. & ἄθλου τέρμα vs. 257. Vs. 427. Rursum *Stanl.* ut *Casaub.* & *Scal.* corrigit, ἐπιῤῥοιζεῖς. Sententia est, *ergone huic* (Oresti) *ejusdem generis exilium destinas immittesve?*

Vs. 432. Ἀλλ' ὅρκον οὐ δέξαιτ' ἄν, οὐ δοῦναι θέλει. Schol. expl. ceu suo in libro invenisset, δέξαιμεθ' ἂν εἰ δ. θέλει, aut θέλοι. Et εἰ —— θέλει suo quoque exemplari adscripserat *Casaub.* Atque ita si legatur, negabunt Eumenides, jure agendum, & ad jusjurandum eum admittendum. Editæ lectionis sensus erit, quia reus est confitens, nec offerre volet poteritque jusjurandum, nec a nobis requirere: ad hæc Minerva, jure agendum contendens respondet,

κλύειν

κλύειν δικαίως μᾶλλον ἢ πρᾶξαι θέλεις. Lego, δικαί' ὡς. Nam utrumque verbum nomen requirit, mavult certe, quam adverbium. In Prom. vs. 867. βουλήσεται κλύειν ἄναλκις μᾶλλον ἢ μιαιφόνος. Duplicique munere fungetur τὸ δίκαια, cum κλύειν erit femininum, cum πρᾶξαι neutrum plurale, quo de genere nonnihil notatum infra ad *Thuc.* L. I. c. 110. Et δίκαια πρᾶξαι solute dictum erit, quod alias uno verbo δικαιοπραγεῖν. *Hesych.* Δικαιοπραγεῖν, δίκαια πράττειν. Sententia fuerit, ὡς, sive ὥστε vel οὕτως, τῷ σῷ λόγῳ θέλεις μᾶλλον κλύειν δικαία, ἢ πρᾶξαι δίκαια. Crepantes autem justitiam suam eas audias supra vs. 312. seqq. Verba vs. 434. interrogandi signo animanda, Πῶς δή; δίδαξον —— ut vs. 201. πῶς δή; —— ἔκτεινον —— idem fecerim *Eurip.* Phœn. vs. 1363. πῶς δή ——; σήμαινε —— ubi *Valcken.*

Vs. 437. Ἦ κἀπ' ἐμοὶ τρέποιτ' ἂν αἰτίας τέλος; Vel τρέποιτ' erit τρέποιτο, vel τρέποιτε. Posterius eligam ipse, ἢ καὶ ἐμοὶ ἐπιτρέποιτε ἂν τὸ τῆς αἰτίας τέλος; Reponunt Eumenides, πῶς δ' οὔ; σέβουσαί γ' ἀξίαν τ' ἐπαξίων. lego cum *Pauwio* σ' ἀξίαν γ' ἐπαξίων. *Stanlejus* ut *Casaub.* κἀπ' ἀξίων. Tentandum non erat ἐπαξίων *Nostro* aliquoties usurpatum. Ut Prom. vs. 70.

S. C.

S. C. Theb. 872. Choëph. 92. itemque *Plat.* XII. Legg. 694. A. *Pind.* Nem. VII, 130. Isth. IV, 76. *Them.* Or. XI. p. 152. D. Perite, ut solet, restituit idem vocabulum *Herodoto* Cl. *Wessel.* Diss. *Herodot.* p. 194. Verbum ἐπαξιῶσαι habet *Soph.* El. vs. 661. 1385. Mox vs. 439. θέλεις, pro δύνασαι seu ἔχεις. Vid. præter alios *Hermog.* περὶ Γοργ. p. 275. seq. Edit. *Junt.* Vs. 441. ἀμυνάθε voce Media, quæ rarioris est usus, occurrit tamen etiam in *Eurip.* Androm. vs. 721.

Vs. 447. Ἐκ τῶν ὑστάτων τῶν σῶν ἐπῶν μέλημ' ἀφαιρήσω μέγα. Male interpres, *ex postremis tuis verbis argumentum capiam magnum.* Verba hoc dicunt, *magna te cura, quæ quantum ex postremis verbis tuis colligo, te habet sollicitam, liberabo.* quod ipsum aliis verbis infra vs. 456. ταύτην μὲν ἂν φροντίδα ἐκποδὼν λέγω. Respiciunt hæc Minervæ interrogata vs. 441. seqq. ubi haud scio an non pro τόνδ' —— ψόγον rectius legatur τῶνδ' —— ψόγον, nempe Eumenidum vs. 428. 430. Præcessit vs. 445. τούτοις πᾶσιν ἀμείβου εὐμαθές τι μοι, pro πρὸς ταῦτα. *Herodot.* VIII. c. 58. οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀμειψάμενος. c. 60. ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο. Infra Suppl. 257. πρὸς ταῦτ' ἀμεί-

βυ ϰ λέγ' εὐθαρσὲς ἐμοί. Vid. de promiscua hac syntaxi *Diluc. Thuc.* p. 92. seq.

Vs. 449. Οὐδ' ἔχει μύσος πρὸς χερὶ τῇ 'μῇ τὸ σὸν ἐφεζομένη βρέτας. *Casaubonus* τῷ ἔχει adponens ἐνὶ, sic videtur hæc construxisse, οὐδὲ μύσος ἐν τῇ ἐμῇ χ. ἐφεζομένη πρὸς τὸ σ. β. Nil ego tentandum hic existimem. Antiptoses per plerasque præpositiones, quod passim ostendimus, sunt receptæ. Heic Dativos habemus loco Genit. πρὸς τῆς ἐμῆς χειρὸς, quos versus non admittebat. Similiter S. C. Theb. vs. 216. ναῦς καμοῦσα πρὸς ποντίῳ κύματι, pro ποντίου κύματος. ubi Schol. τὴν πρὸς expl. per ἐν. Quid quod sequendo usum passivi Lat. *insidere*, dictum possit accipi, ceu esset, τὸ σὸν βρ. ἐφεζόμενον τῇ ἐμῇ χειρὶ οὐκ ἔχει μύσος πρὸς αὐτῆς. De tenendi amplectendique notione vidimus paulo superius ad vs. 412. Sed & quodcunque quispiam tractat, & in quo occupatur, ἐπὶ τούτῳ & τούτου dicitur καθῆσθαι & καθέζεσθαι. *Ael.* de Anim. VIII. c. 5. οἰωνοῖς μαντευομένους ἀκούω τινὰς, ϰ ἐπ' ὄρνισι καθημένους ἐξετάζειν πτήσεις τε αὐτῶν ϰ ἕδρας. ibid. μαντεύονταί τινες ἐπ' ἰχθῦσι καθήμενοι. & XII. c. 5. ἐπ' ᾠδῖσι καθῆσθαι. *Herodot.* II. c. 86. εἰσὶ δὲ οἱ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέαται, ϰ τέχνην ἔχουσι ταύτην. Hinc ante cognitam mihi pereximiam Cel-

Wes-

Vs. 770--775. Αὐτοὶ γὰρ —— πόνος. Structura est, αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ὄντες ἐν τάφοις τότε, τιθέντες ὀδὲς ἀθύμες δυσπραξίαις ἀμηχάνοις, καὶ πόρους παρόρνιθας τοῖς παραβαίνεσι τὰ ἐμὰ νῦν ὁρκώματα, πράξομεν (n. δίκας τέτων αὐτὲς, & hinc ut expl. Schol. τιμωρησόμεθα) ὡς αὐτοῖς μεταμέλη πόνος. Similiter, suppresso δίκην aut δίκας, πράττεσθαι in Agam. vs. 713. Alii addere amant, ut *Eurip.* in Phœn. vs. 1645. τῷ ἀθύμες *Casaubonus* adscripsit, ἀτίμες. Ὀδὸς *via* & *agendi ratio* seu *modus*. Vid. *Kuster.* ad *Arist.* Eq. vs. 1012. De V. πάρορνις *Spanh.* ad *Callim.* H. Pall. p. 637. Et de syntaxi versus 775. infra ad *Thuc.* L. IV. c. 10.

Vs. 778. Καὶ χαῖρε καὶ σὺ &c. Conjunctiva loco adversativæ, pro ἀλλὰ χαῖρε —— ut sæpe, & supra vs. 174. nec non *Æl.* de Anim. XIV. c. 13. τὰ μὲν ἐν ἄλλα ὃ μέμφομαί πω· καὶ ἐκέτι γε μὴν οἱ Ινδοὶ φίλοι (n. ἐμοὶ) ὡς ἡ φήμη διαῤῥεῖ λέγεσα, ἐπιβελεύειν αὐτὲς (τοῖς) τῶν κύκνων ἐγγόνοις —— καὶ διαφθείρειν (αὐτῶν) τὰ ᾠά. Verba ad structuræ ordinem, quo melius intelligantur, redacta proposui. Sed & sensus laborare videtur in capitis hujus principio. Dederat forsan *Ælianus*, ζώων δ' ἂν (πέρι) ἠδῶν

ἥδωμαι (pro εἴη μοι) εἰπεῖν καὶ τὸ ἴδιον αὐτῶν. (in ſtructura ne quid requiras, cavebit *Æſchylus* ſupra vs. 312.) Quod cap. ſeq. περὶ δορκάδων —— εἰπεῖν αἱρεῖ με θυμός. quæ fortaſſe locutio reſtituenda L. XI. c. 10. ἔνθα —— αὐτῷ, Apidi, θηλειῶν βοῶν ὡραίων οἶκοι, οἱονεὶ θάλαμοι, ὅτε καὶ ἐθέλοι ἣν αἱρεῖ (ἐρᾷ editur) θυμὸς ἀναβαίνειν αὐτόν. Conjunctivam καὶ cur transpoſitam junxerim τῷ ὅτε, ratio petatur ex notatis infra ad Suppl. vs. 638. De ſyntaxi vs. 775. ſeq. vid. ad *Thuc.* IV. c. 10. Vs. 778. πολισσοῦχος λαὸς, quod vs. 886. πολισσοῦχοι βροτοί.

Vs. 782. Κ'ἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου. Nempe τοὺς παλαιοὺς νόμους. alias deerit quid abſtulerint. Supra vs. 147--153. non leges, ſed Oreſten ſibi ereptum queruntur. & vs. 326. ὁ Λατοῦς ἶνις μ' ἄτιμον τίθησι τόνδ' ἀφαιρούμενος πτῶκα. Vereor itaque ne quid interciderit. Vs. 787. Recte *Turneb.* præbet χθορὶ ἄφορον. vix diſcrepat *Ald.* χθονία φόρον. Ipſe poëta quaſi explicat vs. 804. per τεῦξαι ἀκαρπίαν. Quemadmodum illud 788. λιχὴν ἄφυλλος, per βρωτῆρας αἰχμὰς σπερμάτων exponit vs. 806. Fragm. Schol. ad vs. 786. eſt *Homer.* Iliad. Θ. vs. 307. citatum quoque ad Choëph. vs. 643. Vs. 790.

 pro

pro βαλεῖν *Casaubonus* legit βαλεῖ, quod habet *Turn.*

Vs. 791. Τί ῥέξω; γένωμαι; δύσοιςα πολίταις ἔπαθον. Sic τί πράξω, vel ποιῶ; τίς γένωμαι; *Aristæn.* L. I. Ep. 28. fine. *Achil. Tat.* L. I. p. 37. τί λέγω; τί ποιῶ; add. *Nostrum* S. C. Theb. vs. 303. & ad vs. 1069. itemque Choëph. vs. 855. suntqve formulæ loquendi eorum, qui quid agant, & quo se vertant nesciunt. Idem fit per participia τί ἐ δρῶν; τί ἐ λέγων; Vid. *Valcken.* ad *Eurip.* Phœn. p. 328. Verborum δύσοιςα πολ. ἔπαθον. duplex apud interpretem Græcum est explicatio, ut scil. dictum accipiatur civium intuitu, non mihi, sed civibus δύσοιςα, quando tamen rectius videbitur suppleri ἐσόμενα, quam ὄντα. Alteram ego expositionem ob comminationes vs. 788. seqq. antehabeam, *intolerabilia, nec ferenda passa sum a civibus.*

Vs. 799. Ἰσόψηφος δίκη ἐξῆλθε. *Causa exitum sortita*, seu *peracta* & *finita est paribus suffragiis, parive calculorum numero.* Sic ἐξελθεῖν, itemque ἐκβῆναι, ἐξήκειν, ἐξιέναι alii. *Sophocles* apud *Stob.* Tit. CVI. p. 568. fin. τὰ δύσφορα. κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα πάντ' ἂν εὐτυχεῖν λέγω. *Arist.* Eccles. vs. 500. εὐτυχῶς ἡμῖν τὰ πράγματ' ἐκβέβηκεν.

He-

Herodot. I. c. 196. ὡς ἐξέλθοι ὁ κήρυξ πωλέων. Add. VI. c. 108. L. I. c. 120. II, 139. *Plat.* Phæd. 398. C. I. Legg. 573. A. VI. p. 619. E. XI. p. 681. D. Polit. 187. C. *Procop.* II. B. G. c. 10. *Pauſ.* Arcad. 702. Bœot. 755. *Liban.* Orat. X. p. 311. D. εἰς ἔργον ἐξελθεῖν, ἐκβῆναι & ἐξιέναι frequens *Joan. Chryſ.* ut T. II. Op. 548. E. & extr. pag. T. IV. p. 84. B2. V, 804. B. εἰς ἀμετρίαν T. VI. p. 654. C2. Vid. & Cl. *Jo. Jenſ.* ad *Luc.* Catapl. c. 8. ult. & Adnot. ad Actor. c. XVI. com. 19.

Vs. 801. Αὐτός θ' ὁ χρήσας αὐτὸς ἦν ὁ μαρτυρῶν. Ter repetitur αὐτὸς in *Xen.* L. III. K. A. p. 205. αὐτὸς ὀμόσας ἡμῖν, αὐτὸς δεξιὰς δοὺς, αὐτὸς ἐξαπατήσας ubi *Hutchinſ.* alium ejusdem quater repetiti poſt *H. Steph.* apud *Athenagoram* e *Noſtro* locum adduxit, qui itidem auctior habetur in *Plut.* de Aud. Poët. p. 16. E. *Plat.* II. de Rep. extr. & *Euſeb.* Præp. Euang. L. XIII. c. 3. p. 647. Iterum *Plat.* Polit. p. 174. B. αὐτὸς τῆς ἀγέλης τροφὸς, ὁ βουφορβὸς, αὐτὸς ἰατρὸς, αὐτὸς οἷον νυμφευτής. *Ariſtid.* T. I. p. 131. θεὸς αὐτὸς ἐπιστὰς, αὐτὸς (ita *Cant.* Cur Poſt. pro αὐτὸν) αἰτήσας ὅσον αὐτός γε ἐβούλετο. Vs. 800. ἀλλὰ —— γὰρ, ut in *Ariſt.* Veſp. vs. 1263. ἀλλὰ πρεσβεύων γὰρ ἐς Φάρσαλον ᾤχετο. & nulla in-

ter-

tercedente voce alia, *Eurip.* Phœn vs. 1318. ἀλλὰ γὰρ κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο —— στείχοντα. Ubi ſcriptum mallet *Valcken.* ἀλλὰ μήν. ſed utriusque uſum docet *Devar.* de Particulis.

802. Βλάβην ἔχειν. Schol. illuſtrat per ὑπέχειν, potuiſſet quoque exponere, λαμβάνειν & ἀπολαύειν. Sic λαβεῖν βλάβας in Choëph. vs. 496. αἰτίαν ἔχειν habuimus vs. 582. σχεῖν ἐλεφάντινον ὦμον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ *Ariſtid.* T. I. p. 476. φλυκταίνας ἴσχειν ἐν ταῖς χερσὶν *Æl.* de Anim. VIII. c. 7. Conf. *L. Bos* in *Pauli* Ep. ad Rom. V. com. 2. *Jo. Alberti* ad c. I. com. 13. nec non *Jo. Conr. Schwarz.* Comment. p. 622.

Vs. 804. Τῇ γῇ μὴ βαρὺν κότον σκήψηθε, pro ἐνσκήψηθε, quod vs. 784. βαρὺν κότον ἐν γῇ μεθιέναι. Vs. 891. ἐπιῤῥέπειν μῆνιν καὶ κότον τῇ πόλει. & ὑπερθύμως δύσκηλον στῆσαι χθόνα vs. 828. Vs. seq. δαιμόνων σταλάγματα ſunt σταλάγματα *gravia* atque *magna.* Ut φόβοι δαιμόνιοι in *Pind.* Nem. IX. vs. 64. Vid. Anim. ad Perſ. vs. 573. Τῷ αἰχμὰς continuo ſequenti *Scalig.* adſcripſit, vel αὐχμοὺς, ſed melior altera lectio. recte haud dubie judicat vir ſummus; nam & θηγάνας tropice poſuit infra vs. 862. αὐχμοὺς tamen corrigit itidem *Spanh.* ad *Callim.* H. Dian. vs. 125. Vs. 816. καρδίας σταλαγμὸς, ut ſu-

ſupra 786. de iracundia opinor accipi debet.

Vs. 828. Δύσκηλον Schol. cum interpretetur δυσθεράπευτον, forſan ita per Synæreſin ſcriptum exiſtimavit, pro δυσκήλητον, prout in *Pind.* Pyth. I. vs. 21. Schol. κῆλα expl. κηλήματα. i. e. θέλγματα. Sed & *Heſychius* adjectivum novit κηλὸν, pro ξηρόν. & κηλὶς eidem eſt ἕλκος, quo referas *Noſtri* illa βροτοφθόρους κηλίδας vs. 790. & 820. In verſu præſenti *Caſaubonum* notant ſchedæ τῷ βρωτῶν (βροτῶν legitur) ſubſtitutum voluiſſe βρωτῶ, quod & metrum non admittit, & ſententiæ eſt optimæ, βροτῶν χθόνα. Idem vir eruditus vs. 824. pro μεγάλα τοι malebat μεγ. τοι.

Vs. 833. Γλώσσης ματαίας καρπὸς φέρων πάντα μὴ πράσσειν καλῶς. Haud deterior foret ſenſus, ſcriptum ſi eſſet, πλὴν πράσσειν καλῶς. Nunc μὴ debet accipi, pro ὥστε μή. *Caſaubonus* emendat, γλώσσῃ ματαίᾳ. Similiter γλωσσα ματαία in Agam. vs. 1671. & Prom. 329. ubi Schol. expl. τὴν παρὰ καιρὸν κομπάζουσαν. Præceſſit, κλῇδες δωμάτων, ἐν ᾧ κεραυνός ἐστιν ἐσφραγισμένος, pro πεφυλαγμένος. ex more ſcil. antiquorum. De Minerva Clavigera *Spanh.* ad *Callim.* H. Pal. vs. 53. *Weſſel.* Obſ. L. I. c. 3.

Vs. 838. Θύη πρὸ γαμηλίου τέλους. *Scaliger* ut *Stanl.* in Not. θύη πρὸ legit, commate inducto. Γάμου τέλος est in *Opp.* I. Hal. vs. 514. ubi per πρᾶξις expl. Schol. Præcessit proxime ξυνοικήτωρ de sexu sequiore, cujus exempli plura notavimus alibi; aliud si requireret Linguæ ratio in promptu esset reponere ξυνοικήτειρ'. Neutram vocem novit *Steph.* Thes. Masculinum habet itidem *Chrys.* T. VI. Op. p. 99. B2.

Vs. 840. Ἐμὲ παθεῖν τάδε &c. De hujusmodi indignationem declarandi modis vid. Cl. *Valcken.* in *Eurip.* Phœn. p. 572. παλαιόφρονα non recte vertit interpres *vetulam*; intelligi ut debeat, docent verba Minervæ vs. 851. γεραιτέρα γὰρ εἶ, καί τοι γε μὴν σὺ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα, φρονεῖν δὲ κἀμοὶ Ζεὺς ἔδωκεν οὐ κακῶς. Post οἰκεῖν distinctio separans ἀτίετον est inducenda.

Vs. 843. Πνέω τοι μένος, ἅπαντά τε κότον. Sic πνέειν μένος in *Soph.* El. vs. 613. κότον supra Choëph. 952. κακίας καὶ συκοφαντίας *Arist.* Eq. 435. φόνον *Chrys.* T. II. Op. 873. D. πολλῆς τῆς ἰσχύος, & πᾶσαν τὴν δύναμιν καὶ μανίαν κατὰ τοῦ —— T. I. p. 509. A2. B2. ἀπειλῆς καὶ φόνου p. 553. fin. θυμοῦ πνοαὶ *Eurip.* Phœn. vs. 457. Conf. Anim. ad l. c. e Choëph. S. C. Theb. 52. Agam.

315. & 1318. Pro οἷ, οἷ *Casaub.* corrigit, οἴ, οἴ. Tum φεῦ δᾶ ut *Eurip.* Phœn. vs. 1304. ubi *Valcken.*

Vs. 845. Ὑποδύεταί με πλευρὰς ὀδύνα. Ut in Perf. vs. 161. ἐμὲ καρδίαν ἀμύσσει φροντίς. quæque hujus ſtructuræ plura poſt alios vidimus cum alibi, tum *Diluc. Thuc.* p. 520. ſeq. Eademne ellipſi ſtilo tragico procedat, προσπίπτειν τινὰ γόνατα, aut προσπιτνεῖν τινὰ γονυπετεῖς ἕδρας, quod editur in *Eurip.* Phœn vs. 300. neſcio. Si ſubſiſtat, idem erit quod γονυπετεῖν τινα. *Æſchinis* eſt Or. in Timarch. p. 14. med. Edit. *Ald.* προσπίπτειν πρὸς τὰ γονάτα. Vid. ad cit. locum Tragici Cl. *Valcken.* De V. ὑποδύειν *Spanh.* in *Julian.* p. 22.

Vs. 848. Ἀπό με τιμᾶν δαμίαν θεῶν δυσπάλαμοι παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι. Sive præeunte Schol. & hunc ſecuto *Spanh.* ad *Ariſt.* Plut. vs. 65. Nub. 1443. ſtructura inſtituatur, οἱ δυσπ. δ. θ. παρῆράν με (κατ', aut ut Schol. ὡς) οὐδὲν ἀπὸ τῶν δημίων τιμῶν. ſive copulata linquas παρ' οὐδὲν, de quo ſupra ad vs. 213. & conſtruas, οἱ δυσπ. δ. θ. ἀπῆράν με παρ' οὐδὲν τιμ. δημ. prout iterum *Spanh.* in *Callim.* H. Jov. vs. 86. ſive denique οἱ δυσπ. δόλοι ἀπὸ θεῶν παρ' οὐδὲν ἦράν με τιμ. δημ. atque δόλους ἀπὸ θεῶν dictum acceperis, ut φθό-

νος, οἶκτος ἀπὸ atque ἐκ τοῦ, de quibus loquendi modis Anim. ad S. C. Theb. vs. 756. & *Dil. Thuc.* p. 733. quocunque inquam modo processeris, αἴρειν, ἀπαίρειν aut παραίρειν, prout se habet locus, vindicaverint sibi regimen τοῦ ἀφαιρεῖσθαι & παραιρεῖσθαι. ut ἀφελομένη *Hesych.* expl. per ἀπάρασα. & ἀφεῖλεν per ἦρεν. *Them.* Orat. XXI. p. 245. B. ἀφαιρεῖσθαι τῆς δορᾶς. *Long.* Past. IV. p. 139. τῆς τραπέζης. *Aristid.* T. III. p. 719. τῶν ὀνύχων. *Herodian.* L. III. p. 525. τῆς κεφαλῆς τὸν Ἀλβῖνον ἀφελόντες. Conf. *Th. Mag.* V. ἀφαιρῶ, & utroque in verbo Lex.

Vs. 851. Ὀργὰς συνοίσω σοι. *Casaubonus* legit, μὲν οἴσω σου. Nil ego mutandum duco. Præpositio, quod ostendi in Adnot. ad *Luc.* c. XXII. com. 5. *Lect. Arist.* p. 240. seqq. ad *Cattieri* libellum p. 62. seq. & passim in *Diluc. Thuc.* indicium facit verbi omissi; beviterque scriptum potest intelligi, ceu esset, συγγινώσκουσα, aut συγγνοῦσά σοι οἴσω. quomodo an intellexerit quoque Schol. quum in eo verbum exciderit, ignoramus. Vs. seq. *Casaubonus* corrigit, κᾂν εἶ γε, pro καί τοι γε. *Turneb.* dedit, καί τοι σὺ μὲν —— *Ald.* & *Robort.* καί τοι μὲν σὺ —— Scribi ergo posset, καί τοι μὲν εἶ σὺ —— *quanquam etiamsi tu* —— in φρονεῖν δὲ ellipsis est τοῦ ὅμως.

Vs. 856.

Vs. 856. Ὁ ἐπιῤῥέων χρόνος. Inter alios *Procop.* II. de Ædif. c. 8. πολὺς ἄγαν ἐπιῤῥεύσας ὁ χρόνος. Schol. ad vs. 855. breviter illustrat inde sequentia usque vs. 861. Vs. 858. ἕχουσα τεύξῃ, pro ἕξεις, de qua periphrasi plura *Duker. Thuc.* p. 484. Structuræ ordo est, καὶ σὺ τεύξῃ ἔχουσα ἕδραν πρὸς τοῖς τοῦ Ἐρεχθέως δόμοις τιμίαν παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων, ὅσην (n. ἕδραν *qualem aut quam insignem ædem sedemve sacram haud sortiaris apud alios*, aut etiam *ab aliis:* nam utrumque significare posse, docent notata ad *Cattierum* p. 85. prior notio videri queat heic præferenda ob ea, quæ leguntur vs. 807--811.) οὔποτ' ἂν σχέθοις παρ' ἄλλων βροτῶν. Vocabulum στόλος eodem fere modo occurrit in *Soph.* Œd. Col. vs 177. ubi ὁ πρόπας στόλος, interprete Schol. est ὁ πᾶς λαός. Add. infra vs. 1030.

Vs. 861. Σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλῃς. Erunt fortasse qui legere malint Σὺ δ' οὖν —— μὴ 'μβάλῃς. Ad vs. 863. *Casaubonus* notat, Schol. ἀοίνοις videri exponere quasi πολυοίνοις. quid si hoc eum velle dicamus, poëtam ἄοινα θυμώματα memorasse ideo, quia hortetur Minerva iracundiam ut cohibeant, furoresque premant, qui ebriosorum sint, non vini abstemias deceant. In Schol. ver-

bis prima syllaba vocis οἰνωθέντες obfuit articulo, & leg. ὅτι καὶ οἱ οἶν.

Vs. 864--866. Μηδ' ἐξελῦσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων, Ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃ χάρα Ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν. *H. Steph.* probante *Cant.* & *Scalig.* emendat ἱδρύσης Ἄρη. *Casaubonus* ἱδρύσῃς Ἄρη. Schol. ἐξελῦσα dum expl. ἀναπτερώσασα, sensum magis quam verbum inspexisse videtur. Vitiose Schol. *Robort.* habet, ἐξελθοῦσα, διαπεράσασα. Sensus ni fallor est, tanquam scriptum legeremus, μηδὲ ἐξ. τοῖς ἐμ. ἀστ. καρδίαν ἀστείαν καὶ σώφρονα (qualem esse decet civium erga cives) ἐνιδρύσῃς αὐτοῖς (καρδίαν,) ὡς ἐστιν ἡ τῶν ἀλεκτόρων καρδία, τοῦτ' ἔστιν Ἄρην ἐμφύλιον &c. Ἐνιδρύσαι καρδίαν ὡς ἀλεκτόρων est, ἐνιδρύσαι καρδίαν ἀρειμανῆ. Ἐξελεῖν *eximere* & ἀφανίσαι, per quod verbum Schol *Soph.* Œd. Tyr. vs. 928. exponit ἐξαιροῦσι. *Hesychius* ἐξελέσθαι expl. σῶσαι, & ἐξείλατο, ἐῤῥύσατο, quomodo accipere malim, quam, cujus fundamentum non est in tota narratiuncula, cum *Oleario* ellipsin statuere V. ἀκόντια aut βέλη in *Philostr.* L. II. Vit. Ap. c. 16. ubi de Elephantis, ξυλλαμβάνουσιν ἀλλήλοις ἐν τῇ θήρᾳ, καὶ προΐστανται τοῦ ἀπειπόντος, κἂν ἐξέλωνται αὐτὸν, τὸ δάκρυον τῆς ἀλόης ἐπαλείφουσι τοῖς τραύμασι.

Vs. 867. Θυραῖος ἔστω πόλεμος οὐ μόλις παρ-

παρών. Bellum θυραῖον est *externum*, ἀλλοτρίων καὶ μὴ συνοίκων, uti expl. *Hesychius*, nec proin ἐμφύλιον, quod præcessit. Οὐ μόλις παρὼν *non vix*, sed scil. certo *instans* ac propinquum, quod non procul abest, sed pro foribus; ad quod suscipiendum excitantur Athenienses vs. 400. seqq. Contrarium μάλα & πάνυ μόλις in *Xen.* VII. K. A. p. 527. *Plat.* Theæt princ. Protag. 213. G. Apol. Socr. 360. D. I. de Rep. 416. B.

Vs. 869. Ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην. Lexica nonnisi ἐνοίκιον norunt ceu substantivum. Sed ut ἐμπόλεμος & ἐμπολέμιος ac similia, ita quoque ἐνοίκιος idem quod ἔνοικος. Interpres, οὐ λέγω vertit, *non dico*. Quid si ita scriptum accipiamus, pro ἀπολέγω. i. e. ἀπαγορεύω, *esse veto*, ἀποτρέπω. De Athenis religione & deorum cultu celebribus, quæ mox θεοφιλεστάτη χώρα, vid. *Spanh.* ad *Arist.* Plut. vs. 1138.

Vs. 888--990. Ἀλλ' εἰ μὲν —— μένοις ἄν. Duplicem hæc admittunt structuram, sensu nil variante, vel hanc nempe, ἀλλὰ σὺ δ' οὖν μένοις μὲν ἄν, εἰ (τὸ) σέβας (τῆς) πειθοῦς (τῆς) ἐμῆς γλώσσης ἐστί σοι μείλιγμα ἁγνὸν καὶ θελκτήριον; vel si trajectio sit conjunctivæ, ἀλλ' εἰ μὲν τὸ σ. τῆς (ἐμῆς) πειθοῦς ἐστί σοι ἁγνὸν, καὶ τὸ μ. τῆς ἐμ. γλ. θελκτήριον,

σὺ

σὺ δ' ὧν μ. ἄν. Verbi locum tenet, εἴ σοι σέβας 'ϛὶ, pro εἰ σέβεις τὴν πειθῶ τῆς ἐμ. γλ. ὡς μείλ. ἀγ. ϗ θελκτήριον, quod posterius æque adjectivum atque ἀγνόν. In *Philostr.* Vit. Ap. L. II. c. 2. ubi de Panthera, ἦλω περὶ τὸν κάτω Ταῦρον ὑπὸ τῦ ἀρώματος ἑλχθεῖσα. videri posset leg. θελχθεῖσα: sed tamen præcessit, χαίρουσι τοῖς ἀρώμασι καὶ πολλῦ τὰς ὀσμὰς ἕλκουσαι. & *Æl.* de Anim. V. c. 40. τὰ τοιαῦτα τῶν ζώων ὡς ὑπό τινος ἴυγγος τῆς εὐωδίας ἕλκεται. Vs. 891. transitive ἐπιῤῥέπειν, ut καταῤῥέπειν apud *Soph.* Antig. vs. 1172. Mox vs. 893. *Casaubonus* conjicit leg. τῆσδε γ' ἐν μοίρᾳ, *Pauwius* quoque τῆσδε emendat, neque aliter citat verba *Spanh.* ad *Callim.* H. Del. vs. 295. simulque, ut verti debuisse videantur sibi, addit.

Vs. 898. Εὐσθενεῖν. Adscripsit *Scaliger*, vel εὐθενεῖν 304. intendens vs. 911. Dubiæ certe auctoritatis verbum est, & sæpissime insidiantia sibi invenias ac permutata εὐθύνειν, εὐθενεῖν, εὐθηνεῖν & εὐσθενεῖν. ut in *Arist.* T. II. p. 106. εὐσθενεῖν & εὐθύνειν. p. 229. εὐθηνῆ, pro εὐθενῆ ex *Opor.* in Cur. Sec. notavit *Canterus.* rursus p. 379. Edit. *P. Steph.* εὐθενοῦντας dedit, cum Anglic. *Jebbii* ut *Junt.* habeat εὐσθενοῦντας, de quo, ut altero εὐθηνεῖν, abunde Cl. *Wessel.* ad *Diod. Sic.* T. I. p. 323. & inter-

terpretes *Thom. Mag.* εὐθηνεῖν est in *Them.* Orat. II. princ. VII. p. 90. D. XV, 189. B. XVI, 204. A. *Ariſtid.* T. III. p. 256. ubi Schol. ineditus, εὐθηνοῖ ἀντὶ τοῦ εὐτυχοίη, εὐθηνίαν γὰρ καλοῦσιν οἱ παλαιοὶ τὴν εὐπραγίαν. quod ſi verum, adparet, quo loco ſit *Thomæ Mag.* ſcitum. Vid. ibi Viros doctos. T. I. p. 318. II. p. 215. idemque bis pro εὐθύνειν, monente iterum *Cant.* in Cur. Sec. reſtitui debet p. 308. εὐθύνας contra pro εὐθήνας leg. T. III. p. 723. Frequentat quoque εὐθηνεῖν *Baſilius*, ut T. I. p. 30. C. 33. B. 51. A. 77. B. 128. C. & nomen εὐθηνία p. 12. C. 44. D. 128. C. Ἀπήμων, quod præcedit, *Heſychius* exponit per ἀβλαβὴς, ἀπήμαντος, ἀναμάρτητος, ita nempe continua ſerie leg. puto. Tum τίς δέ μοι τιμὴ μένει, ut in S. C. Theb vs. 909. μένει κτέανα ἐπιγόνοις. & *Virg.* I. Æn. 257. *manent immota tuorum fata tibi.*

Vs. 901. Καί μοι πρὸ παντὸς ἐγγύην θήσῃ χρόνου. Leg. πρόπαντος. Sic πρόπαν ἦμαρ *Opp.* II. Cyn. vs. 288. locutiones ἐγγύην τιθέναι, δοῦναι, & ἐνέχυρα τιθέναι illuſtrat *Salmaſ.* de Modo Uſur p. 501. 688. & 696. In verbis continuo ſubjectis, ἔξεστι γάρ μοι μὴ λέγειν, ἃ μὴ τελῶ, trajectio eſt negativæ, pro οὐ γὰρ ἔξεστί μοι λέγειν, ἃ μὴ τ. vid. & *Devar.* de Par-

tic. V. μὴ γάρ. Vel per interrogationem prolata sunt. De Jove supra in Prom. vs. 1031. ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται στόμα τὸ δῖον, ἀλλὰ πᾶν ἔπος τελεῖ. Sequitur μεθίσταμαι κότου, ut λύπης, φόβου μεθίσταμαι. *Eurip.* Heracl. vs. 796. νέος μεθέστηκ' ἐκ γέροντος αὖθις αὖ. & *Arist.* Vesp. vs. 1442. ζηλῶ σὲ τῆς εὐτυχίας τὸν πρέσβυν, οἷ μετέστη ξηρῶν τρόπων καὶ βιοτῆς.

Vs. 906. Νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα, pro ἀγαθῆς καὶ καλῆς. ut φρονεῖν μὴ κακῶς vs. 853. & contra μὴ καλῶς, pro κακῶς Prom. vs. 1011. ἐπίσκοπα pro τυγχάνοντα. vid. *Hesych.* & Not. quo sensu frequens *Them.* Orat. VIII. p. 116. B. XI, 143. A. III, 45. A. XV, 187. D. Conf. *Spanh.* ad *Julian.* p. 114. Mox ποντία δρόσος, ut Lat. *ros* de aqua & humore. vid. *Potter.* ad *Lycoph.* vs. 322.

Vs. 909. Ἀνέμων ἀήματα Εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα. Quod heic, πνέοντες ἐπιστείχειν, id alias uno verbo ἐπιπνέειν, quando præpositio intelligi poterit locum supplere τοῦ ἐπιστείχειν. *Aristid.* T. I. p. 291. ζέφυροι ἐρήμην ἐπιπνέουσι. Tertium casum junxit *Arist.* Vesp. vs. 265. ubi δεῖται τῶν καρπίμων ἅττα μὴ 'στι πρῴϊμα ἐπιπνεῦσαι βόρειον αὐτοῖς. Τῷ εὐήλιος contrarium δυσήλιος vs. 399. vid. *Spanh.* ad *Comici* Ran. vs. 243. Vs. 911. εὐθηνοῦντα

præ

præ recepto εὐθυνθέντα placuit *Casaubono*, *Ald.* & *Robort.* εὐθυνθέντα legunt, de qua permutatione paulo ante.

Vs. 913--916. Τῶν δυσσεβέντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις· Στέργω γὰρ ἀνδρὸς φίτυ ποιμένος δίκην, Τὸ τῶν δικαίων· τῶν δ' ἀπένθητον γένος. Sic iſta diſtingui debent & legi, non ut fit in cunctis Editt. quas inſpexi, nec quod vult *Pauwius*, poſt δίκην puncto ſuſpenſo locus eſt. Longiſſime quoque a poëtæ mente aberravit tam *Stanl.* verſio, quam *Spanh.* ad *Ariſt.* Plut. vs. 1139. qui reddendum fuiſſe cenſebat, *impios autem defraudes rebus neceſſariis.* Parenthetica ſunt, quæ denotavi, Στέργω —— δικαίων. & cohærent verba verſus primi cum reliquis, τῶν δ' ἀπ. γένος. ita nempe leg. non τῶνδ' *horum*, ut dedere *Canter. Stanl.* & *Pauw.* Scriptum autem proprie oportebat ὧν ſimpliciter, τῶν δυσσ. δ' ἐκφ. πέλοις, ὧν ἀπ. τὸ γ. Sed ita fieri impediit parentheſis, quam huc rejecit, cum excipere debuiſſet potius vs. 912. Eſt enim totius loci ſtructuræ ordo, ἄνωγα ἐφυμνῆσαί σε —— τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν (Στέργω γὰρ —— δικαίων) Τῶν δυσσεβ. δὲ ἐκφ. πέλοις, ὧν ἀπ. τὸ γένος. Hinc eadem opera adparet, ἐκφορωτέρα non alio quam *perdendi* ac *funebri* ſenſu ac-

cipiendum, ad instar verbi ἐκφέρειν & ἐκφορὰ, de quibus præter Lexica *Spanh.* ad *Arist.* Plut. vs. 1009. *Suicer.* in Thes. Eccles. adde si lubet *Eurip.* Alcest. vs. 716. *Xen.* VI. K. A. p. 446. *Thuc.* L. II. c. 34. & 37. Ut proin idem sit, ceu scriptum esset, τοὺς δὲ δυσσεβοῦντας, οὓς οὐδεὶς ἂν πενθήσειε, μᾶλλον ἐκφέροις καὶ ἐκφέρεσθαι ποιοίης, seu ἀμαθύνοις, ut loquitur infra vs. 940. Eo autem ordine, quem adsignavit hisce, τῶν δ' ἀπένθητον γένος, intellige ceu legeres, ἐκείνους γὰρ οὐδεὶς ἂν πενθήσειεν. *Eurip.* Hippol. vs. 1340. τοὺς εὐσεβεῖς θεοὶ θνήσκοντας οὐ χαίρουσι· τοὺς γε μὴν κακοὺς αὐτοῖς τέκνοις καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν. *Hesychium* miretur quis ἐκφορεῖ exponere per σπανίζει, (ita nempe recte emendavit *Salmas.*) quod interpretamentum multis difficilius videbitur, quam quod declarat. Sed scil. σπανίζει posuit pro σπανίζειν ποιεῖ *rarefacit*, & hinc σκορπίζει. unde & *caritatis* notio. *Paus.* Eliac. p. 406. σπανίζεται, Electrum, καὶ ἀνθρώπῳ τίμιον πολλῶν ἐστὶν ἕνεκα. *Hesych.* Σπανίζεται, σκορπίζεται, ἀπορεῖ. *Cyrillus*, σκορπίζεται, λείπει, ὑστερεῖται. quo sensu ἐκφορεῖν adhibuit *Luc.* in Tim. c. 12. ubi Plutus, ὕβριζεν εἰς ἐμὲ, καὶ ἐξεφόρει, καὶ εἰς πολλὰ κατεμέριζε. quod c. 5. ἐκχέαι τὸν πλοῦτον. in Sacris Lit. σκορπίσαι & διασκορ-

σκορπίσαι. vid. *Matth.* XII, 30. II. ad Cor. IX, 9. *Luc.* XV, 13. XVI, 1. Ἀνδρὸς non βροτῦ φῖτυ forsan ob ea, quæ habentur vs. 661. seqq. & 740. seqq. φῖτυ autem ut ὄζος, κλάδος atque alia ab arboribus & plantis ad homines transferuntur. Vid. *Casaub.* ad *Theophr.* Charact. c. 21. *Misc. Obs.* Vol. IV. p. 13. seq.

Vs. 917. Τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ Πρεπτῶν ἀγώνων, οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ ῦ Τήνδ' ἀςύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾷν πόλιν. Recte interpres, in Genit. subaudiens περὶ aut ἕνεκα, vertit, *quod vero ad celebria egregia certamina attinet.* tantum additum velim *illa:* nam δεικτικὸν est τῶν, referturque ad certamina, de quibus vs. 867. seq. ubi θυραῖος πόλεμος, ἐν ᾧ τις ἔςαι δεινὸς εὐκλείας ἔρως, qui heic ἀρείφατοι πρεπτοὶ ἀγῶνες. Cujusmodi certamina Martia urbi suæ semper ut curæ & in honore sint, se effecturam promittit Dea, posteaquam, quæ ab Eumenidibus conferri in eam velit, edisseruerat. Syntaxis ergo est, περὶ, sive ἕνεκα δὲ τῶν ἀρ. πρ. ἀγ. οὐκ ἀν. ἐγὼ τὸ μὴ ῦ τὴν ἀςύν. τήνδε ἐν βρ. πόλιν τιμᾷν αὐτῦς. *Plat.* Theæt. 130. G. ὐδὲν ἀνεκτὸν μὴ ῦ διασκέψασθαι τί λέγυσιν ἑκάτεροι. i. e. ἀνεκτὸν κατ' ὐδὲν ἐςὶ μὴ ῦ διασκέψασθαι —— *Pauwius* Vir Cl. & quotidianum ac

proprium in usum Græcis literis adprime doctus, verum in paulo intricatioris structuræ locis expediendis parum exercitatus, atque hinc, ut fit, ad quidvis, quod minus adsequebatur, mutandum pronus, heic quoque se non inveniens, legi jubet, ἀφέξομαι. De Grammaticorum scito super τῷ ἀνέξομαι & ἀνασχήσομαι vid. quæ *Pierson.* ad *Moer. Atticist.* p. 26. Verba Schol. *Arist.* ad Ach. vs. 296. quæ adhibuit ibi Vir doctus, corrupta sunt, & leg. οὐ δεῖ οὖν μόνον λέγειν ἀνέξομαι, prout recte descripta exhibet *Suid.* De Ellipsi V. ἕνεκα agit præter *L. Bos. Stolberg.* ad *Soph.* Ajac. vs. 41. Schol. *Arist.* ad Ach. 209. 227. Conf. locus *Thuc.* IV. c. 87. vs. 31. Verbis τὸ μὴ οὐ *Casaub.* adscripsit, sic sæpe p. 56.

Vs. 925--930. Ἁ τ' ἐγὼ —— ἁλίου σέλας. Structura est, ἣ καὶ ἐγὼ (n. τῇ πόλει) θεσπίσασα πρευμενῶς κατεύχομαι τὸ φαιδρὸν σέλας ἡλίου ἐξαμβρόσαι γῆς ἐπισσύτους τύχας βίου ὀνησίμους. Respiciunt hæc verba Minervæ vs. 905. ubi quærenti ex Minerva Eumenidi, quid suæ vellet urbi precaretur, respondet illa vs. 907. καὶ (πρὸς) ταῦτα (quæ scil. præmisit) γῆθεν ἔκ τε ποντίας δρόσου, ἐξ οὐρανοῦ τε κ' ἀνέμων (F. τ' ἀνέμων) ἀήματα εὐηλίως πνέοντα ἐπιστείχειν χθόνα· καρπόν

πόν τε γαίας καὶ βοτῶν ἐπίῤῥυτον ἀστοῖσιν εὐθενοῦντα. Ad hæc qui attenderit, is pro voce nihili ejusmodi quid requiret, quod verbis respondeat postremis, idque ipse poëta lectori suo ex facili suppeditat, cui frequens cum sit βρύειν: loca collegit *Spanh.* ad *Arist.* Nub. vs. 46.: haud illibenter restitui sibi volet ἐξαμβρῦσαι. *Casaubonus* ut *Pauwius* ἐξαμβλῶσαι conjecerat; ille præterea τοῦ ὀνησίμου adpinxerat, F. ὀνησίμου. At vid. supra vs. 819. seq. & infra vs. 959. seqq. Auctor Dial. *Axiochi* p. 731. B. ὧραι παγκάρπου γονῆς βρύουσι. Conf. Lex. cujusmodi exemplum recordatus si fuisset *Spanh.* ad *Comici* l. c. aut de plenitudinis notione cogitasset, in *Nostri* Choëph. vs. 67. νόσου βρύειν forsan non sollicitasset. Æque enim secundum ac sextum casum admittit verbum, & docet *Suid.*

Vs. 924. post Ἑλλάνων comma ponam.

Vs. 933. Δαίμονας αὐτοῦ καταναστσαμένη. *Arist.* Vesp. vs. 660. οὔπω πλείους ἐν τῇ χώρᾳ κατένασθε. Interpretis hoc in verbo aberrationem correxit *Arnaudtius.* Mox obtinente lectione vulgata, ὁ δὲ μὴ κύρσας βαρέων τούτων &c. sensus sit oportet, *Has qui non expertus fuerit graves, acerbas & infestas, etsi priorum delicta morti eum succumbere cogant, tamen cala-*

lamitatum malorumque, quæ manent impios expers agit. Comparetur vs. 913. 915. nec non vs. 369--372. Pro μέγα φωνοῦντ' *Casaubonus* legit, μέγα φρονοῦντ'.

Vs. 941--951. Δενδροπήμων —— δῶσιν τίοι. Referuntur hæc ad ea, quæ Minerva vs. 907. seq. Τὰν ἐμὰν χάριν λέγω respicit quæ eadem Dea vs. 930. τάδ' ἐγὼ προφρόνως τοῖσδε πολίταις πράσσω. Active ὀμματοστερὴς, ut ἀργυροστερὴς active & passive intelligi poterit, prout aliter atque aliter acceperis verba Choëph. vs. 1003. Patiendi sensu prius extat in *Eurip.* Phœn. vs 330. utrumque desideratur apud *Steph.* τὸ μὴ περᾷν, pro τοῦ sive ὥστε, & πρὸς τὸ μὴ περᾷν, aut ἵνα μὴ περώῃ. Constructio, ni fallor, est, δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα, (τὰν ἐμὰν χάριν λέγω) φλογμός τε ὀμματοστερὴς φυτῶν τὸ μὴ περᾷν ὅρον τόπων, si spirat, *ne transeat terminum locorum.* Διπλοῖσι correxerat *Scalig.* ut *Stanl.* εὐθηνοῦντ' hic rursus volebat *Casaubonus*, quem & τῷ γόνος schedæ volunt adscripsisse, al. τέκος: sed credo pertinet monitum hoc ad τρέφοι, dederatque ὁ πάνυ, τέκοι, ut legit *Auratus.* Vid. *Spanh.* ad Call. H. Ap. vs. 54. Πλουτόχθων respondet illi καρπὸς γαίας vs. 910. & μῆλα εὐθενοῦντα διπλοῖς ἐμβρύοις verbis vs. 911. καρ-

πὸν

τὸν βοτῶν ἐπίῤῥυτον εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν. Vid. *Hesych.* V. πλοῦτος & heic Schol.

Vs. 952. Ἦ τάδ' ἀκούετε πόλεως φρούριον, οἱ ἐπικρανεῖ; μέγα γὰρ δύναται. Per interrogationem dictum accipio. Dein ellipticus est sermo, ita supplendus, καὶ μὴ θαυμάζετε, vel καὶ οὐδὲν θαῦμά γε, *neque istud mirum; plurimum enim potest.* φανερῶς τελέως vs. 956. est *apertissime.* Sic τελέως πονηρὸς apud *Xen. Eph.* L. III. p. 57. τελέως ἀπολώλαμεν L. II. p. 25. τελέως ἐκκλησιάσαιμεν *Arist.* Thes. vs. 335. ubi Schol. expl. per παντελῶς καὶ καλῶς. Supra vs. 321. habuimus, πράκτορες αἵματος τελέως ἐφάνημεν. *Casaubonus* pro φανερῶς legit φανερῶν. Τῇ περὶ substituit παρὰ, & pro δακρύων corrigit δακρύοις. Nil ausim ego in his mutare. Verba, περὶ ἀνθρώπων φανερῶς τελέως διαπράσσουσιν, idem dicunt, quod vs. 933. πάντα τὰ κατ' ἀνθρώπους ἔλαχον διέπειν. Tum βίος δακρύων ἀμβλωπὸς potest notare βίον δακρυόεντα, καὶ ἀμβλ. *vitam lacrimabilem atque tristem.* quo de genere nonnihil monuimus ad vs. 409. De locutione, τὸ καὶ τὸ ποιεῖν περὶ τοῦ, vidimus ad vs. 211. nec tantum περὶ τοῦ, sed & τόν. *Aristid.* T. III. p. 198. ὥσπερ ἐκεῖνος εἰώθει περὶ τοὺς νέους ποιεῖν. & præpositione omissa, τὸ καὶ τὸ ποιεῖν τὸν, ut ostendunt notata *Diluc. Thuc.* p. 19. Nomen ἀμ-

βλὼψ, de cujus probitate nonnihil dubitat *H. Steph.* Thes. L. Gr. T. I. p. 716. G. extat in *Eurip.* Rhes. Vs. 737. & auctorem Dial. *Halc.* c. 3. Vs. 959. ἀνδροχμῆσιν ἀώροις τύχαις contrariæ sunt vs. 927. βίου τύχαι ὀνήσιμοι. Referunturque hæc ad Minervæ illa optantis vs. 912. τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν. Vs. 963. ut *Stanl.* sic *Casaub.* τῷ ἔχοντες substituendum monuit ἔχουσαι.

Vs. 968. Ἐπιβριθεῖς, ἐνδίκοις ὁμιλίαις πάντα τιμιώταται θεῶν. Participium, quod hic memorat *Pauwius*, nullum comparet. Adjectivum Ἐπιβριθής, in Thes. *H. Steph.* haud obvium, & verbum ἐπιβρίθειν de violento impetu usurpari, docet *Spanh.* ad *Julian.* p. 243. Conf. *Hesych.* ubi Not. *Opp.* II. Hal. vs. 41. V. vs. 19. 101. I. Cyneg. 391. *Pind.* Pyth. III. vs. 189. *Them.* Or. XXII. p. 274. B. Neutrum πάντα versum non admittere, probe viderunt interpretes; verum unde jota infra adscriptum heic pariter atque in Suppl. vs. 91. *Cant. Stanl.* & *Pauw.* repetant, ignoro: nonne enim Doricum πάντα, sive ut in *Pind.* Ol. IX. vs. 36. & Pyth. II, 42. editur παντᾶ, eandem servat quantitatem, quam πάντῃ? *Plat.* Legg. XII. p. 687. G. ὁ πάντῃ ἄριστος. Neutrum

πάν-

πάντα eidem ufitatius. Theæt. p. 136. E. ὁ πάντα σοφὸς ποιητής. *Sophift.* 155. B. πάντα πάντων σοφώτατοι. ibid. F. σοφώτατον πάντων ἅπαντα εἶναι. add. rurfus ibid. C. Plene ac præpofitione adjecta, idem in Charm. 237. E. εἰς πάντα πρῶτος. & *Thuc.* L. IV. c. 81. κτλ πάντα ἀγαθός. De fcriptura Edit. *Turn.* πάντων recte judicat *Pauwius.* Τῷ ἐνδίκοις conjecturæ loco dum adpinxit *Cafaub.* ἀδίκοις, videtur junxiffe, ἐπιβριθεῖς ἀδίκοις ὁμιλίαις, atque per comma diftinxiffe. Mox in ἐπικραινομένων fi fubaudiatur ὑμῶν, erit medium, fin ὑφ' ὑμῶν paffivum, ut vs. 349. & in Suppl. 46. Vox activa: eft enim inter frequentatas huic fcriptori: occurrit in Agam. vs. 753. 1348. 1554. Suppl. 379. 632. 697. hujus fabulæ vs. 367. & 953.

Vs. 979. Τάνδ' ἄπληστον κακῶν &c. *Robort.* recte habet, τὰν δ'. Refpondent hæc usque ad vs. 987. iis, quæ Minerva rogarat vs. 864--867. Sequentium ftructuræ feries eft, μηδὲ κόνις πιοῦσα μέλαν αἷμα πολιτῶν ἁρπαλίσαι δι' ὀργὴν ἀντιφόνους ποινὰς τῆς πόλεως. Mutata ut fæpe eft fyntaxis, & tranfitus ab Infinit. βρέμειν ad Optativum ἀντιδοῖεν, & ἁρπαλίσαι, quo itidem verbo ufus *Nofter* S. C. Theb. vs. 249. Conf. *Hefych.* πίνει αἷμα κόνις, ut

iterum in S. C. Theb. vs. 742. γῆ vs. 827. & κέλευθοι, νάπη &c. ἀπὸ τῶν χειρῶν πιεῖν αἷμα dicuntur *Soph.* Œd. Tyr. vs. 1413. χθὼν λαβεῖν αἷμα βρότειον *Eurip.* Phœn. 945. ut δέξατο γῆ τὸ αἷμα ἐκ τῆς χειρὸς *Genes.* IV. com. 11. Locutiones sunt a pocillatoribus petitæ, de quibus inter alios *Luc.* D. D. V. c. 4. c. 5. vs. 52. & 55.

Vs. 987- 990. Χάρματα δ' ἀντιδιδοῖεν —— φρενί. Hæc faciem obvertunt proxime præmissis, ἀντιφόνους —— ἁρπαλίσαι. Nomine πόλις, si quod videtur, intelligantur magistratus & judices Areopagitici, hi monentur, recte facta probent, suumque de illis testentur gaudium; impia vero ausos odio prosequantur. Ceterum a Græco χάρμα atque κέχαρμαι deduxerim ego Gallicum *charme* & *charmer*. Quæ *Menagius* & de *Casseneuve* a Lat. *carmen* repetita volunt.

Vs. 990. Ἄρα φρονοῦσι γλώσσης ἀγαθῆς ὁδὸν εὑρίσκει ἐκ τῶν φοβερῶν τῶνδε προσώπων. Referuntur hæc ad verba 973--976. Pro ἆρα, quod *Canter. Stanl. Pauwii* &, quod colligo ex *Casauboni* correctione, Edit. *Steph.* occupavit, leg. ἀρὰ *preces, verba suasoria.* Idem error circa accentum tres priores obsedit Editt. vs. 995. ubi εὔφρονας, pro εὔφρονας. Levia hæc fateor,

nec

nec tamen prætermiſtenda. De periphraſi vs. 998. πρέψετε διάγοντες, ἀντὶ τοῦ διάξετε πρεπόντως ſive εὐπρεπῶς, vidimus ad Agam. vs. 32. De *Ormandi* ſenſu τοῦ διάγειν *Diluc. Thuc.* p. 413. *adminiſtrandi* notio, qua ſumit *Pauwius*, præſenti loco videtur convenire magis, atque ad Areopagiticum ſenatum referri ob vocem ὀρθοδίκαιον.

Vs. 1004. Παλλάδος ὑπὸ πτεροῖς ὄντας. Pariles locutiones ſunt, ἐν σκέπῃ, ἐν σκιᾷ τῶν πτερύγων, & ὑπὸ τὰς πτέρυγας Θεοῦ ἐλπίσαι in Lit. Sacr. Vid. *Pſ.* XVI. com 10. LVI, 2. XC, 4. Ἀποδεῖξαι vs. 1007. eſt *adſignare*, de qua ſignificatione vid. *Miſc. Obſ.* Vol. VI. T. I. p. 300.

Vs. 1022. Μετοικίαν δ' ἐμὴν εὖ σέβοντες, οὔτι μέμψεσθε συμφορὰς βίου. Reſpondent hæc quaſi illis, quæ leguntur vs. 1058. ſeqq. & præcipue vs. 935. ὁ μὴ κύρσας βαρέων τούτων, οὐκ οἶδεν ὅθεν πληγαὶ βιότου. Pro εὖ σέβοντες, quod ſecuti *Turneb.* dedit opinor primus *H. Steph.* & inde *Canter. Stanl.* ac *Pauwius*, Edit. *Ald.* cum *Robort.* habet εὐσεβοῦντες. Cujus juxta atque τοῦ ἀσεβεῖν uſum tranſitivum quam nullo jure *H. Steph.* & *Rhodom.* ſuſpectum habuerit in *Diod. Sic.* L. I. c. 77. vs. 27. docere eos poterat L. XIV. c. 77. vs. 3. & L. XVII. c. 84. vs. 23. ubi

 le-

legerant utique ἀσεβηθέντας & ἀσεβουμένους θεοὺς. Vid. ad locum primum Cl. *Wesseling*. Similiter *Lys.* Orat. II. p. 13. Edit. *Tayl.* min. Ἀθηναῖοι ἡγησάμενοι τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι. *Plat.* IX. Legg. 662. A. ὅταν τις δυστυχηθῇ καὶ ἀσεβηθῇ τῶν οἴκων. & L. XII. princ. γραφαὶ ἔστων κατὰ τῶν Ἑρμοῦ καὶ Διὸς ἀγγελίας καὶ ἐπιτάξεις ἀσεβησάντων. Nec vero idem alibi constructionem ignorat cum περὶ, & εἰς, quam probant viri docti. Conv. p. 323. F. X. Legg. 665. G. εὐσεβεῖν & ἀσεβεῖν περὶ τοὺς θεοὺς. add. Lib. IX. p. 658. B. nec solum εὐσεβὴς & εὐσέβεια περὶ atque εἰς τὸν —— vid. ibid. sed & εὐσεβὴς atque εὐσέβεια τοῦ. ut docet *Wesseling.* ad *Diod.* p. 613. add. Notata ad *Cattierum* p. 13. Vs. 1024. *Casaubono* legi placet, αἰνῶ γε.

Vs. 1028. Ὄμμα πάσης χθονὸς Θησηΐδος. Tropice quoque ὀφθαλμὸς in Choëph. vs. 934. *Theoph. Simoc.* Ἱστορ. πρεσβ. p. 61. *Aristid.* T. I. p. 460. II, 83. & Lat. *oculus*. Pro Θησηΐδος Cl. *Valcken.* ad *Eurip.* Phœn. p. 95. emendat, Θησεΐδος. Schol. ad vs. 1035. eo tantum cum videatur spectare, ut hinc usque finem verba Deductricum esse doceat, rectius caput constituetur vox βᾶτε. Vs. 1048. pro πανόπτας *Robort.* præbet παντόπτας, ut in Suppl. vs. 145. habent Editt. omnes.

AD

AD SUPPLICES.

VS. 1--8. Ζεὺς ἀφίκτωρ —— γνωσθεῖσαι. De V. ἀφίκτωρ præter *Stanl.* vid. Not. ad *Hefych.* Phrafin αἴρειν στόλον adhibitam quoque invenies Perf. vs. 792. pro ἀπὸ προστομίων lego, ἀπὸ πρὸ, vel ἀποπρὸ στομίων. De V. σύγχορτος agit *Arnaudtius* Comment. de Diis Paredr. c. 15. Δημηλασίαν perbene Schol. potuit expl. per δημοσίαν; fiunt enim iftiusmodi adjectiva a verborum Futuris, de quo ad vs. 156. γνωσθεῖσαι, pro καταγνωσθεῖσαι.

Vs. 9--14. Αὐτογενῆ —— πεσσονομῶν. Ignorant Lexica αὐτογενὴς hujus loci fenfu, pro τῦ αὐτῦ γένους. Verbo ὀνοτάζειν ab ὀνοτὸς, præter *Apollon. Rhod.* in Lex. utitur *Pind.* Ifthm. IV. vs. 85. & *Callim.* H. Del. vs. 20. κύδιστα tantum abeft ut vertere debuerint interpretes *maximum*, ut rectius fuiffet verti *minimum.* κύδιστα valet κράτιστα, αἱρετώτατα. *Hefych.* κύδιον, αἱρετώτερον. ad locum forfan *Eurip.* Alceft. vs. 960. τί μοι ζῆν κύδιον. vel Androm. vs. 639. κύδιον βροτοῖς πένητα χρηστὸν, ἢ κακὸν ϗ πλούσιον γαμβρὸν πεπᾶσθαι. Idem docet Schol. ad vs. 9. Subobfcura eft ejusdem explicatio τῦ πεσσονομῶν per ὑπὸ

τῆ-

τῦτων λογιζόμενος, qui dederat fortasse ὑπὲρ τῦτων λογ. i. e. ὑπὲρ ἡμῶν, *nobis consultum ratus.*

Vs. 14--20. Ἐπέκρανε φεύγειν —— τετέλεσται. *Auctor fugæ nobis fuit*, sive *ut fugam capesseremus*, ἐπεκύρωσε τὴν φυγήν. Vocem ἀνέδην alii aliunde repetunt. *Hesych.* ab ἕσαι i. e. ἱδρῦσαι. ad quem vid. interpretes. Schol. *Demosth.* p. 63. Edit. Lutet. ita distinguit inter ἀνέδην & ἀναίδην, ut prius sit ἐνδεδομένως, alterum ἀναίδην, ἀθρόως, σφοδρῶς & ἀπηρυθριασμένως. Pro φεύγειν ἀνέδην *Paus.* Mess. p. 318. dixit οὐχὶ σὺν αἰδοῖ φεύγειν. *Plat.* XI. Legg. 677. G. ἤθη ἀνέδην ἀναισχυντίας τε μέτοχα. & Protag. 206. E. ἀνέδην συγγενέσθαι τῷ. *Soph.* Phil. vs. 1170. ἀνέδην χῶρος ἐρύκεται. Tum κέλσαι γαῖαν, ut χῶραν εἰσκέλσαι σκάφει *Arist.* Thes. vs. 884. Conf. *Hesych.* V. κέλσαι ibi Not. & Anim. ad Agam. vs. 703. Sequentium constructio est, ὅθεν δὴ τὸ γένος ἡμέτερον —— εὐχόμενον (n. εἶναι) τετέλεσται. *Hesychius*, hunc ipsum, opinor, sibi locum habens propositum, τετέλεσται expl. γεγένηται, οἱ δὲ γεγάμηκεν. Ad illud ἐξ ἐπιπνοίας vs. 18. & 45. vid. *Spanh.* in *Julian.* p. 18. B. ἐπίπνοιαν ἐκ Μυσῶν dixit *Aristid.* T. III. p. 27. ἐκ τῶν κρειττόνων p. 683. & ἐκ θεῶν p. 39. ut *Plat.* VII. Legg. 636. G.

Vs. 23--27. Ἱεροςέπτοισι κλάδοισι —— Ζεὺς σωτήρ. Recte post *Scalig.* & *Auratum* apud *Spanh.* ad *Arist.* Plut. vs. 383. *Stanl.* legit, ἐριοςέπτοισι. Λευκὸν ὕδωρ *Noster* imitatione *Homeri* non uno loco, ut Iliad. Ψ. vs. 282. Odyss. E. 80. Θεοὶ ὕπατοι & χθόνιοι, ut in Agam. vs. 89. ὤν —— ὤν recte tuetur *Pauwius*. Βαρύτιμος heic *graviter puniens*, alias *pretiosus*, ut *Basil.* T. II. p. 55. D. T. I, 471. C. *Matth.* c. XXVI, 7. Θῆκας interpres *sedes* vertit, alibi notat *sepulcra*. *Aristid.* T. I. p. 139. 591. Conf. Not. ad *Hesych.* in *Callim.* H. Dian. vs. 131. *Spanh.* & Anim. ad S. C. Theb. vs. 738. De Jove Σωτῆρι *Spanh.* ad *Comici* Plut. vs. 1176.

Vs. 29--39. Τὸν θηλυγενῆ στόλον —— σφετεριξάμενον. Opponitur θηλυγενὴς στόλος & ἀρρενοπληθὴς ἐσμός. *Hesychius*, θηλυγενὴς, ὁ ἐναντίος τῷ ἀρρενωπῷ. Verba ἐν ἀσώδει χέρσῳ rectius pro πηλώδει accipi, judicat *Spanh.* ad *Callim.* H. Pall. vs. 46. & ita Schol. suadetque non modo locus *Strabonis*, quem citat *Spanh.* verum etjam mox vs. 51. Conf. V. D. ad *Hesychium*, apud quem nec *Salmas.* aliter emendasse videtur quam ἰλυώδης, quodque ei tribuitur, excerptoris esse error, manum Viri summi minus assecuti. Add. *Hesych.* V. ἄσις & ἀσίω, unde ἀσώδης productum. ταχύ-

χυήρης est e vocabulis in *Steph.* Thes. omissis. De V. σφετερίζεσθαι præter Lex. *Spanh.* ad *Julian.* p. 25. B. ubi præferre videtur σφετεριξαμένων, quod & *Scaliger* recepto σφετεριξάμενον adscripserat. Locus *Homeri* in Schol. ad vs. 32. laudatus, habetur Iliad. Φ. vs. 319--321. ut ad *Hesych.* indicavit Cl. *Alberti.*

Vs. 50--58. Ἐπιλεξαμένα —— ἐν μάχει. Quod vs. 41. Ἐπικεκλομένα. Unde & Schol. ad vs. 55. per Ἐπικαλουμένα illustrat prius. Nec forsan alio spectat glossa *Hesych.* Ἐπιλεξαμένη, Ἐπικαλεσαμένη. Pro πιονόμοις *Ald.* & *Robort.* præbuere ποιονόμοις, quod nec ipsum spernendum. Vs. 53. seqq. lucem accipiunt e vs. 251. seqq. add. vs. 284. & 316. ἐν μήκει, pro ἐν χρόνου μήκει, ut plene in Agam. vs. 619. Nisi hic malis scriptum accipere, pro ἐν λόγου μάκει, *verbis pluribus*, ut locis jam indicatis.

Vs. 59--65. Εἰ δὲ κυρεῖ τις —— ἀηδόνος. De repetito τὶς supra ad Eum. vs. 546. Per κιρκήλατον ἀηδόνα recte *Potter.* Not. in *Lycophr.* vs. 169. intelligit Philomelam a Tereo raptam; ita quadrabunt sequentia, ἀπὸ χώρων ποταμῶν τε εἰργομένα. Nec obstat Schol. qui tantum κιρκήλατος expl. quod vocabulum ignotum *Steph.* ejusque loco male in Elenchum omisso-

omissorum irrepsit κιρκηλάτης. Add. *Apollod.* L. III. c. 13. fine, *Etymol. Mag.* V. ἀηδόνα, & qui huc respiciunt infra vs. 231. seq. Ἔγγαιος habetur iterum infra vs. 161. & Pers. 925. ubi Schol. expl. ἐγχώριος. Vs. 65. una voce si legas, ἅτ', ut dedere *Canter. Stanl.* & *Pauw.* valebit *quippe*, alias trajectio erit conjunctivæ, pro ἃ ἀπὸ χώρων τε —— In Schol. ad vs. 62. scribendum, κατὰ περίφρασιν.

Vs. 67--76. Ξυντίθησι —— καρδίαν. *Scalig.* τῷ ὡς substituit ὅς, quod præterquam metro adversatur, aptius ob ξυντίθησι videtur ὡς *quomodo*, quam *qui.* Vid. ad *Thuc.* L. I. princ. *Diluc.* Idem *Scal.* tam metri opinor, quam structuræ ratione habita, pro ἐο ἐν legit, ἑ, ἑ. infra vs. 148. ἑ, ἑ. Sic κότε τυγχάνειν dictum erit, ut τραυμάτων τυγχάνειν in Agam. vs. 875. θρηνητοῦ vs. 1084. τριακτῆρος 181. elliptice in Choëph. vs. 951. ubi Animadvers. & infra vs. 176. μὴ τυχεῖν θεῶν. Vocula τὼς, quam haud invenio apud *Steph.* extat itidem vs. 694. S. C. Theb. 490. & 643. Pro ἰαονίοισι *Spanh.* ad *Arist.* Ran. vs. 695. in Codd. aliquot antiquis legisse se scribit, ἀηδονίοισι. Tum δάπτειν καρδίαν, ut συννοίᾳ κέαρ δάπτεται in Prom. vs. 436. & παρθενία· δαπτομένη vs. 898.

Vs. 76--80. Γοεδνὰ ἀνθεμίζομαι —— κη-

δειμῶν. Hic ille est locus, quem Vulg. Lex. apud *H. Steph.* intenderunt, quum ex *Nostro* citarent ἀνθεμίζεσθαι, pro eo quod *Livio* sit *deflorari*: sed cujus L. 36. c. 58. uti quoque *Gell.* L. 16. c. 1. ult. Viri docti edi curarunt *præflorari*. Illud δειμαίνουσα φίλους interpres vertit, tanquam esset περὶ φίλοις aut φίλων δειμαίνουσα, *metuens amicis*, prorsus contra poëtæ mentem, quam bene percepit *Pauwius*. φυγὴ ἀπὸ, ut φεύγειν ἀπὸ in I. Ep. ad Cor. c. X. com. 14. & Lat. *fugere a.* *Arnob.* L. V. p. 178. *protinus ab hujusmodi fugiendum diis longe.* *Plaut.* Bacch. II, 3. vs. 108. *effugere a vita maritima.* *Apul.* Apol. II. princ. *ut omnibus pateat, me fugere a domo ista debuisse.* p. 224. *a magistris tunc magna fugela in ganeum fugit.* Vid. & Adnotat. ad *Matth.* c. III. com. 7.

Vs. 82--88. Ἢ καὶ μὴ τέλεον δόντες ἔχειν παρ' αἶσαν —— σέβας. Dedisse videtur poëta, εἰ καὶ, sive ἦν καὶ, & mox pro ὕβριν δ' ἑτοίμως, forte scripserat, ὕβριν δέ τοι 'μως, vel γέ τοι 'μως, alioqui subaudietur ὅμως. *Ald.* & *Robort.* non συγόντες, sed συγόντες legunt. παρ' αἶσαν, ut apud *Pind.* Pyth. VIII, vs. 16. i. e. παρὰ τὸ καθῆκον. Schol. interprete. παρ' αἶσαν quoque caput videtur constitui velle *Nostri* Schol.

ad

ad vs. 82. Fragm. ex *Hesiodo* ad vs. 80. extat princ. Ἐργ. Ex *Turneb.* ἀρῆς si legatur, quod una cum recepta lectione adgnoscit Schol. tollenda erit distinctio post ῥῦμα, & adponentur βωμὸς δαιμόνων σέβας ῥῦμά ἐπὶ τῆς ἀρᾶς (i. e. τῆς βλάβης, & ὥςε μὴ βλάπτεσθαι) καὶ τοῖς τειρομένοις ἐκ πολέμου. Respexisse huc videtur *Eurip.* Heracl. vs. 261. scribens, ἅπασι κοινὸν ῥῦμα δαιμόνων ἕδρα.

Vs. 89--94. Εἰ θείη Διὸς εὖ παναληθῶς —— λαοῖς. Quid si legamus, εἴθ' εἴη Διὸς, εὖ πᾶν ἀληθῶς, nempe εἴη ἄν. *utinam solius Jovis negotium esset! bene se totum haberet.* Favere videntur verba sequentia, πίπτει δ' ἀσφαλὲς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ, κορυφᾷ Διὸς εἰ κρανθῇ πρᾶγμα τέλειον. Nec adversabuntur illa, Διὸς ἵμερος οὐκ εὐθήρατος ἐτύχθη, quasi nempe dicat poëta, *quanquam quis noverit, an non res nostræ Jovi curæ sint, & negotium dirigendum suscepturus sit.* Πάντα pro πάντη, ut supra. Οὐκ εὐθήρατος idem, quod δυσθήρατος, & ut Schol. expl. οὐκ εὐσύνοπτος. *Hesych.* δυσερεύνητος. *Suid.* δυσεύρετος. Addit πάντη τοι φλεγέθει, *usque quaque vestigia ejus lucidissima se produnt*, quantumvis nempe δαυλοὶ καὶ δάσκιοι τείνουσι πόροι κατιδεῖν ἄφραςοι. Similiter λάμπειν occurrit in *Soph.* Œd. Tyr. vs. 481. ubi λάμπει φανεῖσα φήμα.

Schol. ad vs. 90. rectius præponas verba, *μέλαιναι τύχαι*, quomodo bene emendat *Pauwius*. Fragmentum ibi citatum est ex *Hom.* Iliad. Θ. vs. 143. *τύχαι μέλαιναι* sunt *eventus obscuri*. *τύχη* pro *συντυχία*, ut apud alios. *Thuc.* III. c. 82. vs. 34. c. 112. vs. 36. *Συντυχία* pro *colloquio* & *congressu* est in *Arist.* Ran. vs. 1038. junctimque *συντυχίαι καὶ ὁμιλίαι* apud *Basil.* T. II. p. 319. E. De usu V. *μέλας* pro *obscurus* vid. *Potter.* ad *Lycophr.* vs. 7.

Vs. 95--100. Πίπτει δ' ἀσφαλῶς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ κορυφᾷ Διὸς εἰ κρανθῇ πρᾶγμα —— κατιδεῖν ἄφραστοι. Recte *Ald.* cum *Robort.* ἀσφαλὲς legunt, quod & reponendum vidit V. D. *Misc. Obs.* II, II. p. 169. ἀσφαλὲς & ἀσφαλῶς πίπτει τι dictum, ut εὖ, καλῶς, κακῶς, παρὰ γνώμην πίπτει τι, de quibus Anim. in Pers. vs. 761. & Agam. 32. Eandem in sententiam *Callim.* H. Pall. vs. 135. κορυφᾷ Διὸς ᾧ κ' ἐπινεύσῃ, ἔμπεδον. ubi nec *Spanh.* præsentem *Nostri* locum conferre neglexit. Forsan quoque hic ipse similisve exempli alius *Etymol.* induxit, ut κραίνειν deduceret à κάρα. De V. δαυλὸς vid. *Hesych.* interpretes. κατιδεῖν est κατανοεῖν: nam commune fere cujusvis perceptionis verbum ἰδεῖν. ut ostendit inter alios *Gatak.* de St. N. I. c. 28.

c. 28. & *Potter.* ad *Lycophr.* vs. 253. Ἄρφαςον, hunc ipſum fortaſſe locum intendens, *Heſych.* expl. ἀπρονόητον, ὥςε μηδένα νοῆσαι.

Vs. 104--116. Βίαν δ' ἔτιν' ἐξοπλίζει —— μεταγνές. Interpres & *Pauwius* ἐξοπλίζειν ſumunt pro *exarmare*, quod cum ſit *armis privare*, infra autem vs. 691. & 710. uſitatior notio, *armis inſtruere* ſeu *armare*, obtineat, nec heic aliter accipi debebat; hoc quippe dicunt verba, *Jovem nullam impune armare vim.* Sic ἐξοπλίζειν τὸν πόλεμον δυοχιλίδεκα συςήμασι *Theoph. Simoc.* L. VIII. c. 3. *Chryſ.* T. III. Op. p. 729. D2. τὰς πολέμους. *Plat.* VIII. de Rep. 496. C. κεκεντρωμένοι, καὶ ἐξωπλισμένοι. neque aliter *Xenophon* aliique. Vid. Lex. Scholion ad vs. 111. jungens ſequenti, ex *Robort.* ſic refingam, πυθμὴν, ἡ ῥίζα τῶν πεντήκοντα Αἰγύπτε παίδων, ὃ 'εςὶν Αἴγυπτος αὐτός. Pro τὰν ἄποινον *Scaliger* emendat πανάποινον. Vs. 113. legendum δυσπαραιβόλοισι. & ex *Ald. Robort.* & *Turn.* cum *Pauwio* ἄταν, pro ἄτα.

Vs. 117. Πάθεα θρεομένα. Ut apud *Eurip.* Hippol. vs. 363. unde, ſuppreſſo poëtæ nomine, citat *Euſt.* ad Iliad Δ. p. 377. vs. 8. ſimulque ex Med. vs. 51. θρεομένη σαυτῇ κακά. Vs. 121. ſeq. *Scaligerum* ſchedæ notant in ſumma pag. 312. exem-

exemplaris ſui adſcripſiſſe, Θρεομένη μέλη Ζῶσα γόοισιν, ἄτιμα. ad oram vero libri, γόοισιν ἕτοιμα. Δακρυοπετὴς ſenſu agente, *cadere faciens*, *eliciens lacrimas*. ſecus atque ſolent reliqua hujus generis eodem e verbo orta, quæ norunt Lexica. Idem obſervavimus de Lat. *caducus* horum Animadverſ. L. II. p. 278. quo itidem referre poſſis *caducos greſſus* apud *Lactant.* de Ver. Sap. c. 26. §. 10.

Vs. 140. Δόμος ἄλα στέγων. Verbale στεγανὸς eodem poſuit regimine *Æl.* de Anim. IX. c. 17. ubi de Halcyone μὴ στεγανὸν (τῆς καλιᾶς) μέρος τὸ ὕδωρ ἀκεῖται αὖθις. *continendi* ſenſu idem L. X. c. 40. verbum, utalii, adhibuit, de Scythiæ aſinis ſcribens, quod eorum cornua στέγει τὸ ὕδωρ τῆς στυγός. Vid. utroque de uſu *Heſych. Suid.* & Lexica. Mox ἀχείματον extrito ſigma, ut in pluribus verbalibus fieri vidimus alibi. In Schol. ad vs. 143. forte leg. ἔστω, pro ἔσται. Infinitivus ἐκφυγεῖν pendere ſi videatur poſſe à κτίσειε, nihil opus erit cum Schol. ſupplere δοίη.

Vs. 150--156. Θέλυσα δ' αὖ θέλυσαν —— ἁγνὰ —— ῥύσιος γενέσθω. *Turneb.* θέλυσαν δ' ἂν θέλυσαν ἁγνάν. Schol. quoque pro ἁγνὰ legit ἁγνάν. *Scalig.* pro παντὶ corrigit πάν-

πάντη. & δι' ἀσφαλίας, ut *Stanl.* ῥύσιος adjectivum ignorant Lex. neutrum ῥύσιον ſubſtantivi nomine tantum norunt. Oriuntur hæc nomina a verbórum Futuris, ut hòc a ῥύσω, ita ἐλάσιος ab ἐλάσω, unde ſupra vs. 7. δημηλασία ψῆφος, non ſollicitandum, ut nec τιμήσιος in *Æl.* de Anim. XI. c. 7. atque ὑμνήσιος L. XII. c. 5. Sic ὀρθώσιος ab ὀρθώσω. Vid. *Etymol.* V. ὅσιος & ἄσιος.

Vs. 160--168. Εἰ δὲ μὴ —— τὸν πολυξενώτατον Ζῆνα τῶν κεκμηκότων ἱξόμεθα —— μὴ τυχοῦσαι θεῶν Ὀλυμπίων. Adſentior *Guellio* apud *Stanl.* *Virgilium* hinc accepiſſe illud, *Flectere ſi nequeo Superos, Acheronta movebo.* Voci διόκτυπον *Scaliger* detracta litera κ legit διότυπον. *Noſter* Ζῆνα τῶν κεκμηκότων vocat, quem alii χθόνιον & καταχθόνιον. Vid. *Græv.* Lect. *Heſiod.* p. 51. infra vs. 239. Ζεὺς ἐν καμοῦσι. Vs. 170. Schol. ni ſuo in exemplari habuit μαστίκτειρ', ſubſiſtere nequit ejus explicatio μαστιγωτικὴ, ſed reponendum ejus loco μαστευτική. Vs. 180. ſeq. jam perpendimus harum Anim. L. II. p. 345. ſeq.

Vs. 185--189. Ξὺν ναυκλήρῳ πατρὶ —— σύριγγες οὐ σιγῶσιν. Ideone σὺν ναυκλήρῳ πατρὶ, quia navi vectæ venerant? videri ſane poſſet, quoniam ſubjicitur illico,

ϰ̔ τ' ἀπὶ χέρσȣ νῦν προμήθειαν λαβεῖν αἰνῶ. & infra vs. 512. eundem vocat ναύτην ἐφέςιον. Etsi cæteroqui extra hunc respectum, τὸν τȣ̃ παντὸς οἴκȣ δεσπότην ϰ̔ ναύκληρον κλητέον, auctore *Poll.* L. X. segm. 20. quem & vid. L. I, 75. eodem inclinasse videtur Schol. dum expl. per ἔξαρχ☉. Reliquorum structura est, ϰ̔ τὰ νῦν αἰνῶ λαβεῖν (ὑμᾶς) προμήθειαν 'ϐπὶ χέρσȣ, ϰ̔ δελτȣμένας τὰ ἐμὰ ἔπη, φυλάξαι (αὐτά.) nisi quis jungere malit, τὰ 'ϐπὶ χέρσου, *quod ad res in terra nunc agendas.* Δελτȣ̃σθαι verbum apud *Steph.* haud inveneris. Σύριγγες ȣ̉ σιγῶσιν, i. e. κλάγγȣσιν, ut S. C. Theb. vs. 211. aut φθέγγονται, quomodo συρίγγων φθόγγ☉ apud *Callim.* H. Pall. vs. 14. Ad vs. 183. φυλάξαι τἄμ' ἔπη δελτȣμένας, vid. quæ similia plura contulit *Bern. Mart.* IV. Var. Lect. c. 5. Vs. 188. inserto articulo leg. puto, ὁρῶ κόνιν τὸν ἄναυδον ἄγγελον ςρατȣ̃. Pulvis quippe sublatus adventantis multitudinis signum perpetuum, adventusque adeo ejusmodi nuncius. Πῦρ ἄγγελον est in Agam. vs. 289. & τριήρης ἄγγελ☉ *Thuc.* L. III. c. 36. VIII. c. 106. Vs. 184. *Scaliger* mutato personæ indice τῷ Πρ. substituit Δα.

Vs. 194--195. Τεθυμέν☉ —— ὠμῇ ξὺν ὀργῇ τόνδ' ἐπέρνυται ςόλον. Notandum heic se

se offert Passivum τᾶ θύειν, quum activa forma significet *ferri impetu*, ὁρμᾷν. ut leg. suspicer τεθυμμένος, quod participium sensu proprio restitutum forsan *Æl.* de Anim. XIV. c. 25. loco ut editur corrupto medebitur; vulgatur ibi, σειέιρας δὲ ἄρα αὐτῷ, hamo, πνεύμονα ταύρε τεθηραμένε, —— τροφὴν Ἰςριανῷ σιλέρῳ —— ἡδίςην. *Gillius* & *Gesner*. ὠπτημένον substitutum volunt. Sed plenissimum adsensum meum fert *Jo. Scraderus*, V. C. Observ. L. I. c. 1. p. 2. monens, Emendationes, quæ tam longe recedunt a vestigiis codicum, ne refutari quidem mereri. Τόνδ' ἐπόρνυται ςόλον, pro ὄρνυται ἐπὶ ςόλον τόνδε, i. e. ἐφ' ἡμᾶς. Conf. supra vs. 2. & 29. Illi ὀργὴ ὠμὴ contrarium ὀργὴ πεπείρα apud *Soph.* Trach. vs. 741. Sequitur πάγον προσίζειν, quod, præpositione insuper addita, *Pauf.* Phoc. p. 868. αἱ μυῖαι αἱ πρὸς τὰ κρέα προσιζάνουσαι.

Vs. 199--204. Λευκοςεφεῖς ἱκτηρίας —— ἀναιμάκτους φυγάς. Commendat, imo indubiam præstat, hoc λευκοςεφεῖς emendationem adhibitam vs. 23. Ζεὺς αἰδοῖος idem, qui Ζεὺς ἀφίκτωρ vs. 1. Vid. *Hesych.* in V. & ibi Not. Pro συνωνύμων, monente id quoque *Scalig.* Schol. legisse videtur, εὐωνύμων. Neque aliter hunc lo-

cum ad *Callim.* H. Pall. vs. 528. citat *Spanh.* συν & ευ commutata quoque alibi. Veluti infra vs. 223. pro συγγνώμη Edit. *Ald.* habet εὐγνώμη. Tum ἔπη ἀμείβεσθαι ξένους. ut *Herodot.* L. II. c. 173. ταῦτα τοὺς φίλους ἀμείψατο, poſtquam præmiſerat, ἀμείβετο τοῖσιδε αὐτούς. χρεῖος quoque apud *Soph.* in Antig. vs 896. unde laudat *Thom. Mag.* add. mox vs. 210. ἀναιμάκτους φυγὰς quas dicat, docet vs. 6. ſeq.

Vs. 208. Μὴ πρόλεσχος μηδ' ἐφολκὸς ἐν λόγῳ γένῃ. Idem πρόλεσχος, quod πρόλαλος apud *Suid.* verbum προλεσχηνεύεσθαι *H. Steph.* prætermiſſum habet *Herodot.* L. VI. c. 4. ἐφολκὸς ἐν λόγῳ bene interpretatur Schol. ſed qui credo προτέρα non προτέρω ſcripſerat. Alio ſenſu ἐφολκὸς in verbis *Thuc.* L. IV. c. 108. ἐφολκὰ λέγειν, καὶ οὐ τὰ ὄντα. ubi itidem recte Schol. per ἐπαγωγὰ illuſtrat; junxitque hæc *Them.* Or. XV. p. 184. C. ut ἀγωγὸν καὶ ἐφολκὸν *Æl.* II. de Anim. c. 11. Conf. interpretes *Th. Mag.* p. 399. Subjicit *Æſchylus*, τὸ τῆδε κάρτ' ἐπίφθονον γένος, quod rectius *Stanl.* in Not. quam in verſione interpretatur, *in hac regione valde proni ſunt ad invidiam.* ut γένος abſolute de hominum genere, gente & populo. *Ariſtid.* T. I. p. 394.

γένη

γένη βαρβάρων ἄμικτα. & T. II. p. 346. τὸ γένος τῆς νήσου. Vid. Anim. ad S. C. Theb. vs. 1075. *Græv.* ad *Luc.* Macrob. c. 5. atque istum in sensum ἐπίφθονος active notabit, ut in Agam. vs. 138. οἴκῳ ἐπίφθονος Ἄρτεμις. Lexica nonnisi pro *invidioso* & *odioso* norunt; quomodo ipse *Æschylus* ibid. vs. 931. præsentique in loco accipi poterit, si ex prævio λόγῳ repetatur genitivus; fuerit ita, τὸ γὰρ γένος τοῦ τοιούτου λόγου κάρτα ἐνταῦθά ἐστιν ἐπίφθονον. Sed præfero prius, ut suppleatur sermo, τῷ γὰρ προλέσχῳ καὶ ἐφολκῷ ἐν λόγῳ τὸ τῆδε γένος κ. ἐπίφ. ἐστιν. Idemque dicent verba quod vs. 281. μακράν γε μὴ δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις.

Cap. LXV. vs. 98. Σωφρονισταί. *Plat.* V. de Rep. 465. A. εὐμενῶς σωφρονιοῦσιν, οὐκ ἐπὶ δουλείᾳ κολάζοντες, οὐδ' ἐπ' ὀλέθρῳ σωφρονισταὶ ὄντες. Idem jungit νουθετεῖν ac κολάζειν in Euthyphr. 49. C. & παισὶ ῥάβδου κοσμούσης ἡ νουθέτησις ἐγίγνετο III. Legg. 594. G. ut νουθετήματα *Euripides* apud *Plutarchum*, ἄλλ' (ita recte pro ἀλλ' *Gatak.* Adverf. Post. c. VIII. p. 487.) ἐπ' ἄλλῃ φάρμακον κεῖται νόσῳ, Λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων· Ἄγαν δὲ μωραίνοντι νουθετήματα.

Cap. LXVII. vs. 61. Προθήσοντες, non προτιθέντες, aut προθέντες, ideo opinor, quia iterum brevem illam interrogationem fieri cupiunt, quam propositam scripsit c. 52. fin. idque fecisse etiam Lacedæmonios, patet ex c. 68. alia ratio est τοῦ ἕξειν vs. 70. quod pendet a νομίζειν, triplex admittente tempus. Pro ποιήσησθε non *Vallam* magis, quam etiam nunc habent libri, legisse crediderim ποιήσωνται, verum ad sensum, ceu ita esset, vertisse.

Cap LXVIII. vs. 85. Τὴν πόλιν ἐνιαυτόν τινα ἔδοσαν ἐνοικεῖν. *Æsch. Socrat.* §. II. ἔκ τινος ὥρας αἰφνιδίου ἀδυνάτως ἔχειν addunt alii εἰς, quod in positis supplendum. *Plat.* Gorg 291. B. ἕνα τινὰ παρέχεσθαι (μάρτυρα) ἢ μηδένα. quomodo in *Xen.* VIII. K.Π. p. 534. pro eo quod legitur, τούτων τῶν προεστηκότων ἤ τινα ἢ οὐδένα οἶδα. *H. Steph.* scriptum suspicabatur, ἢ ἕνα τινά: verum frustra; nec insolens videri debebat loquendi genus *Hutchinsonio*, ut quod pridem exemplis adstruxerat *Casaub.* ad *Pers.* Sat. I. vs. 3. Conf. *Conr. Gesn.* Proleg. in *Æl.* de Anim. p. XXV. locisque inde collectis add. L. VI. c. 58. ἴσασιν Αἰγυπτίων ἢ τὶς ἢ οὐδεὶς, ὀλίγοι δὲ κομιδῆ, καὶ τῶν ἱερέων. Iterum *Plat.* XII. Legg. 693. fin. ζητεῖν εἴ τι που γίγνοιτο ἐν χωρίον

ἀκοῦ-

ἀκῦσαι. ubi, quod obiter moneo, verba continuo ſubjecta perquam male vertit interpres. L. VII. p. 634. F. εἴς τινα μίαν οἴκησιν. Omittit tam τὶς, quam εἷς Cod. *Med.* in *Herodot.* IV. c. 62. præbens, ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἄνδρα θύουσι. & *Eurip.* Phœn. vs. 543. ἔχθρας δ' ἡμέρα κατάρχεται. faciem ſibi obvertentibus τῆς ἰσότητος, & τῆς πλεονεξίας effectibus, cui ſimul te affinem oſtendas, μία ἡμέρα κατάρχηται ἔχθρας. Cum contra ἡ ἰσότης φίλους ἈΕΙ' φίλοις &c. συνδεῖ. Οὐδεὶς & ὀλίγοι ſeſe excipiunt in *Plat.* VI. Legg. 616. F. ἢ μηδενὶ, ἤ τισιν ὀλίγοις. Tim. p. 530. B. τῶν ἄλλων τὰς περιόδους οὐκ ἐννενοηκότες ἄνθρωποι, πλὴν ὀλίγοι τῶν πολλῶν. Apol. Socr. 361. D. πολλὴ ἀφθονία οἰομένων μὲν εἰδέναι τι τῶν ἀνθρώπων, εἰδότων δὲ ὀλίγα ἢ οὐδέν.

—— Vs. 97. Ἀποτετραμμένοι ἐγένοντο. uſitatum Chalcidiacum hoc ſchema per omnia tempora & modos. *Plat.* Crat. 260. E. φαίνεται φύσει τινὰ ὀρθότητα ἔχοντα εἶναι. XII. Legg. 684. B. ἐν δυσκολίᾳ ζῶν γίγνεται. V. Legg. 612. C. προστάξων ἐστί. Epinom. extr. ἐὰν ἀποθανὼν ᾖ. Soph. p. 149. B. μὴ ἀπαρνηθεὶς γένῃ. *Æl.* de Anim. XI. c. 10. ἐπὰν γένηται τραφείς. Forſan quoque ita accipiendum L. II. c. 15. γένοιντο ἀπιόντες. Sed ſenſus & conſtructio ibi laborant in verbis, οἱ μὲν οὖν περί-

νεω πάντες ὁπόταν ἀφεστάναι τῆς γῆς (οὐ δέον γὰρ) αὐτοῖς εἰδέναι πάρεστι δήπου. utrique incommodo occurretur, si legamus, οἱ μ. οὖν περ. π. ὁπόταν ἀφεστάναι χρὴ, aut δέῃ, τῆς γῆς· οὐ δέον γάρ· εἰδέναι αὐτοῖς οὐ πάρεστι δήπου. *Pauſ.* Eliac. p. 393. διαδραμῶν ἐστὶν ἵπποις. Aſt in *Plat.* I. Legg. 574. E. *Ficinum* cum lateret, ποθὲν adverbium eſſe, ac leg. εἰ δ' οὖν ἐγένετό πόθεν. pro participio accipiens feſtivam hanc dedit verſionem, *tamen ſi reperiretur hæc potio.* Mirum quoque, ubique obvia cum ſit iſta loquendi ratio, *Conr. Gesnero* in *Tat.* Or. ad Gr. c. 9. rarum potuiſſe videri, μέλον ἐστίν.

Cap. LXXI. princ. Δράσαντες —— ἡγεῖσθαι. Ne, quoties cumque difficilior paulo adparet conſtructio, minus in *Thucydide* verſatis deſimus, hæc quoque ſuo ſtructuræ ordine adſcribemus; δράσαντες δὲ τοῦτο καὶ ξυγκαλέσαντες Κερκυραίους, εἶπον ὅτι ταῦτα καὶ βέλτιστα εἴη, καὶ ἥκιστ' ἂν δουλωθεῖεν ὑπ' Ἀθηναίων· τό τε λοιπὸν ἡσυχάζοντας δέχεσθαι μηδετέρους, ἀλλ' ἢ μιᾷ νηΐ· τὸ δὲ πλέον πολέμιον ἡγεῖσθαι. Vs. 38. πρὸς τὰ ἱερὰ καθέζεσθαι. ut L. IV. c. 110. καθέζεσθαι πρὸς τὸ Διοσκούρειον.

Cap. LXXIV. vs. 33. Αἱ γυναῖκες τολμηρῶς ξυνεπελάβοντο, παρὰ φύσιν ὑπομένουσαι τὸν θόρυβον. Sic παρὰ δύναμιν ſupra c. 57. L. VIII.

VIII. c. 2. *Ariſtid.* T. I. p. 537. ἔπειξις καὶ δρόμος παρὰ τὴν καθεστηκυῖαν ὥραν τε καὶ δύναμιν τοῦ σώματος. & ὑπὲρ φύσιν p. 236. Haud diſparilis, quanquam de re alia, eſt locus *Diod. Sic.* L. XIV. c. 74. ſed corruptus, οὐδὲ οἱ τὸν κατὰ πόλεμον ἀφιέμενοι διὰ τὰς ἡλικίας, καρτερεῖν ἠδύναντο, διὰ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς χαρᾶς ἡ φιλοτιμία τῆς ψυχῆς κατῆρχε τὴν ἡλικίαν. Diſplicuit præſtantiſſimo commentatori illud κατῆρχε. Cl. *Reiskius* emendat, τῇ ἡλικίᾳ. Non hic quæram de ſyntaxi cum caſu quarto, *imperandi* ſenſu ſi ſumas, nec de tertio, ſi explices, *ducem me præbeo.* Neutra notio ſatis videtur quadrare, ſed ejusmodi quid requiri, quod ſiſtat *Thucydideum* παρὰ φύσιν ὑπομένειν. leg. ergo fortaſſe κατήργει τὴν ἡλικίαν. *animorum contentio ſuperavit* & *ceſſare* atque *oblivisci fecit ætatis infirmitatem.* Vs. 91. ἄνεμος ἐπίφορος. ut *Dion. Hal.* L. X. p. 642. ult. ἀνέμῳ παραδοῦναι τὰς φλόγας ἐπιφόρῳ. p. 671. vs. 9. ταχεῖα καὶ ἐπίφορος ὁδὸς ἐπὶ λόφον. Mercurium vocat ἐπιφορώτατον *Æſch.* Choëph. vs. 811. quod tropice itidem a vento dictum notat Schol. neque, ut bene monuit *Thom. Mag.* probatos ſcriptores aliter credo loqui, quam ut dicant aut ἐπίφορον, aut φορὸν ἄνεμον, non πρόσφορον. Etſi ita ibi viſum Viro Cl. ſed excm-

exempla producta nil valent contra *Thomam.* πρόσφορος ἄνεμος foret ἄνεμος cui cunque rei utilis: at φορὸς & ἐπίφορος refertur ad navigationem, ὁ φέρων ἐπὶ, & ad locum destinatum.

Cap. LXXVII. vs. 45. Ὧν ἦσαν αἱ δύο Σαλαμινία καὶ Πάραλος. Similes prolepses passim obviæ. *Philostr.* Icon. II. c. 19. princ. οἱ δὲ πυκτεύοντες, τόν τε οἶμαι Ἀπόλλωνα ὁρᾷς, ὁ δ' αὖ Φορβάς ἐστι, pro οἱ δὲ πυκτ. ὅ τε Ἀπόλλων ἐστὶν, ὃν οἶμαι ὁρᾷς, ὁ δ' αὖ Φ. *Pauſ.* Eliac. p. 421. ἡνιοχοῦντες δὲ συνωρίδα Πισός ἐστι καὶ Ἀστερίων. contrario modo Arcad. p. 606. Ἀγαμήδης μὲν γὰρ καὶ Γόρτυς ὁ (sic Edit. *Ald.* nec mutari F. opus erat in οἱ) Στυμφήλου τέταρτον γένος ἦσαν ἀπὸ Ἀρκάδος. *Plat.* V. de Rep. 461. G. ἔστι μέν που καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἄρχοντές τε καὶ δῆμος, ἔστι δὲ καὶ ἐν αὐτῇ. Pro εἰσὶ μὲν —— εἰσὶ δὲ —— *Matth.* c. XII. com. 25. πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα, καὶ πᾶσα πόλις καὶ οἰκία μερισθεῖσα. & I. ad Cor. VII. c. 34. μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος, pro μεμερισμέναι εἰσί. cujus syntaxis similia exempla inventum iri, non dubitabat ibi *Beza.* Add. *Sylburg.* ad *Pauſ.* p. 931. & *Diluc.* p. 410.

Cap. LXXV. vs. 1. Πείθει ὥστε ξυγχωρῆσαι. Non *Thucydidi*, quod videtur existimasse *H. Steph.* Annotat. in Schol. L. I. c. 84. vs. 99. peculiare ὥστε infini-

nitivis ex abundanti addere ὥςε, sed & alii ita solent. *Plat.* Protag. 204. G. ἀδύνατον ὑμῖν ὥςε Πρωταγόρε τᾶδε σοφώτερόν τινα ἐλέσθαι. *Xen.* V. K. A. p. 414. εἰδὼς ἂ Τιμασίωνι οἱ Σινωπεῖς ἐπαγγέλλοιντο ὥςε ἐκπλεῖν. ubi *Hutchins.* Conf. Adnot. ad *Matth.* c. X. com. 1. Vs. 12. καθίζεσιν ἐς τὸ ἱερὸν, ut *Plat.* VI. de Rep. 472. D. συγκαθεζόμενοι ἀθρόοι πολλοὶ εἰς ἐκκλησίας &c.

Cap. LXXXI. vs. 15. Πᾶσα ἰδέα κατέςη θανάτε. Videtur vox ἰδέα, nec non γένος & εἶδος inservire veluti periphrasi. *Plat.* Tim. 543. C. E. πνεύμονος, ἥπατος ἰδέα. p. 544. fin. σαρκὸς γένος. 545. G. τῶν τριχῶν τὸ γένος. ibid. C. τὸ τῆς γλώττης εἶδος. 551. E. περὶ τῦ κυριωτάτε παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδες διανοεῖσθαι. quem locum huc dum transscribo, recordor, quod quondam in *Misc. Obs. Nov.* Vol. I. T. I. p. 63. perpendi voluerim, an quemadmodum Græcis corporis partes vulneribus ac neci inferendæ opportunæ dicuntur καίρια μέρη, sic & κύρια; & an non potius posteriorum nomine intelligenda veniant corporis partes principales, internæ ac vitalia, ut cor, cerebrum, pulmo, jecur. Hoc vero discrimen ut accurate observatum, & loca, quæ contra faciunt, librariorum oscitantia depravata esse cre-

dam, faciunt non tantum exempla, ibi producta pro usu V. χώριος, verum etiam quæ nunc subjiciam. *Plut.* T. II. p. 130. B. ἡ καθ' ἡμέραν λόγου χρεία διὰ φωνῆς περαινομένη θαυμαστὸν οἷόν ἐστι πρὸς ἰσχὺν τοῖς ζωτικωτάτοις καὶ κυριωτάτοις μέρεσι ῥώμην ἐμποιοῦσαν. p. 84. A. αἱ τῶν νόσων εἰς τὰ μὴ κύρια μέρη τοῦ σώματος ἐκτροπαὶ σημεῖον οὐ φαῦλόν εἰσι. p. 163. D. ἐν πᾶσι τοις κυριωτάτοις μέρεσι τοῦ κόσμου καὶ μεγίστοις ψυχή. p. 167. B. συμφορὰ μεγάλη ψυχῆς, ὥσπερ ὀμμάτων πολλῶν τὸ φανώτατον καὶ κυριώτατον ἀπεσβεσμένης τὴν τοῦ θεοῦ νόησιν. *Jo. Chrys.* T. I. Op. 132. D2. τὸ κυριώτατον ἐστι τῶν ἐν ἡμῖν μελῶν ἡ καρδία. *Plat.* II. de Rep. 431. D. τῷ κυριωτάτῳ που ἑαυτοῦ ψεύδεσθαι, καὶ περὶ τὰ κυριώτατα οὐδεὶς ἑκὼν ἐθέλει. In *Diod. Sic.* L. I. c. 55. ubi de Sesostris cippis, quin alienissimum foret χωριωτέρου in istis, ἀπὸ τοῦ κυριωτέρου μέρους τὴν διάθεσιν τῶν ἑκάστων ψυχῆς φανερωτάτην τοῖς ἐπιγινομένοις ἔσεσθαι νομίζων, per se adparet. Inter κύρια μέρη caput relatum invenies apud *Artemid.* L. I. Onirocr. c. 17. Add. *Them.* Orat. VII. p. 91. A. & quæ Cl. *Wessel.* contulit ad laudatum modo *Diodori* locum, ut & L. II. c. 58. in quibus omnibus, unum tantum exceperim e L. XX. c. 64. de quo statim, alterum χώριος æque minus usum admittere censeo, atque τὸ

κύ-

κύριος in hisce *Chrys.* I. Op. 585. C. τὰ χείρια τ῀ μελῶν περιφράξαι. T. III. p. 748. D2. καθάπερ ἔλαφος δεξαμένη βέλος ἐν χειρίῳ τοῦ σώματος. p. 228. A2. τὰ χείρια κύρια ἴσα ϗ ὁμότιμα divitibus & pauperibus. p. 293. A. εἰς τὰ καίρια βλάπτειν. *Plut.* T. II. p. 341. D. γυμνὰ παρέχειν τοῖς βέλεσι τὰ καίρια. Nec nisi τῷ χειριωτάτοις & χειρίων locus in *Basil.* T. II. p. 52. A. C. non, quod tunc putavi, alterum. Quumque medicis χείρια νοσήματα atque τραύματα, docente *Foes.* in Œcon. Hippocr. V. χείριον, dicantur *periculosa* & *lethalia*, haud aliter quoque scripsisse videtur tam *Plat.* Tim. p. 549. C. τὰ μέγιστα ϗ χειριώτατα πρὸς θάνατον τ῀ νοσημάτων, pro vulgato κυριώτατα. quam *Diod. Sic.* L. XX. c. 17. τῷ τ῀ κηρέως σιδήρῳ παραβάλλειν τὰ καιριώτατα μέρη τ῀ σώματος. pro itidem vulgato κυριώτατα.

Cap. LXXXII. princ. Ἐπάγεσθαι, pro ὥστε ἐπάγεσθαι, ut *Herodot.* II. c. 99. ἔλεγον τ῀ Μῖνα τ῀ ποταμὸν ὀχετεῦσαι τὸ μέσον τ῀ οὐρέων ῥέειν. *Plat.* Conv. 322. F. ὀλίγας κατέλιπε ῥυτίδας περὶ τ῀ ὀμφαλὸν μνημεῖον εἶναι. *Eurip.* Phœn. vs. 1486. νεκροὺς φέρουσιν ἐνθάδε οἰκτίσαι φίλους.

—— Vs. 26. Πολεμουμένων δὲ, ϗ ξυμμαχίας ἅμα ἑκατέροις τῇ τ῀ ἐναντίων κακώσει, ϗ σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τ῀ αὐτ῀ προσποιήσει, ῥαδίως αἱ ἐπα-

ἐπαγωγαὶ τοῖς νεωτερίσειν τι βουλομένοις ἐπορίζοντο. Horum de ſyntaxi, quam nec *Winſemius*, nec receptus interpres recte percepiſſe videtur, poſt Schol. jam ſatis in *Diluc.* Vertit prior, *moto bello propter ſocietatem utrorumque, atque ut adverſariis male facerent, & ut gratiam aliquam ſibi utilem inirent, facilius hos vel illos invitare atque attrahere poterant, qui rebus novis ſtudebant.* Alter reddit, *bello vero coorto, utriusque* (*qui rerum novarum erant cupidi*) *facile dabatur* occaſio & *facultas* accerſendi ſocios auxiliares, *ut ſimul & adverſam factionem opprimerent, & exinde POTENTIAM ſibimet* compararent. Junxiſſe hunc patet, ξυμμαχίας αἱ ἐπαγωγαὶ, & προσποιήσει interpretatum, per *accerſendi ſocios auxiliares*; deceptus ſcil. Scholio fuit vs. 30. ubi cum προσποιήσει videret illuſtrari per κτήσει βοηθείας, putabat προσποιήσει ita exponi, cum nonniſi κτήσει ei competat, & βοηθείας ſit explicatio τοῦ ξυμμαχίας. Sic προσποίησις ξυγγενείας infra L. VI. c. 16. & προσποιεῖσθαι ἑταιρηίην τῶν ἡλικιωτέων *Herodot*. L. V. c. 71. Miror interpretes circa ſtructuram oberrare potuiſſe, quam dilucide declarat Schol. ad vs. 28. verba hunc in modum ordinanda docens:

πολ.

πολ. δὲ αἱ ἐπαγ. ἑκατ. τοῖς νεωτ. τι βουλ. ῥᾳδ. ἐπορ. καὶ τῇ κακώσει ἅμα τῶν ἐναντ. καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ (τῇ) σφ. αὐτοῖς ξυμμαχίας προσποιήσει. Sed adeo fcil. verum *Salmafii* effatum, affirmantis, *in Demofthene & Thucydide* (addiderim ego *Xenophonte* & nullo fere non fcriptore alio) *etiam qui nant* (natare faltem fibi videntur) *fine cortice in Græcis legendis, quamlibet porro fubfidio fint adjuti Græcorum Scholiorum, plurima tamen non affequi in eorum fcriptis.* In verbis καὶ ξυμμαχίας ἅμα —— καὶ —— ineft quiddam τραχὺ atque σκληρὸν, quod in dictione *Noftri* notant Grammatici veteres; lenius fluxiffet oratio, fi dediffet, ἅμα μὲν —— ἅμα δὲ —— aut ξυμμαχίας τε ἅμα —— καὶ —— *Xenophontis* quando mentionem feci, non poffum quin lucem adfundam loco parilem ob ftructuram perplexo, nec ulli interpretum intellecto. Habetur is L. II. Memor. p. 436. princ. Edit. *H. Steph.* fecundæ. Ibi Socrates, τὰ τοιαῦτα σκοπῶ, μὴ ὥσπερ ὅταν τις οἰκέτην πονηρὸν πωλῇ, καὶ ἀποδῶται τοῦ εὑρόντος, οὕτω καὶ τὸν πονηρὸν φίλον, ὅταν ἐξῇ τὸ πλεῖον τῆς ἀξίας λαβεῖν, ἐπαγωγὸν ᾖ ἀποδίδοσθαι. *Steph.* in Notis hic fi audias, *Budæus*, εὑρόντος ut fufpectum notavit, nec immerito: ut quod nullo modo ftare poffit. *Beffarionem*

vertiſſe, *vendit eum cuicunque obvio:* ex qua verſione non ſatis quid legerit colligere detur. Nam τῷ εὑρεθέντι, & ab εὑρόντος nimium fortaſſe remotum eſſe, nec ſuis auribus bene ſonare. Hæc ille. *Jo. Aug. Erneſtio* eſt genitivus pretii, activum pro paſſivo, uſitata Atticis ſcriptoribus enallage, pro τυχόντος, ut jam viderit *Portus* pater. *D'Orvillius* Anim. ad *Charit.* p. 113. *Salmaſ.* videndum monens ad *Vopiſci* D. Aurelian. p. 546. addit, τὸ εὑρὸν, pro τὸ εὑρεθὲν τίμημα quosdam accipere, ſed quod ipſe explicationis hujus pater *Franc. Portus* durius eſſe, merito faſſus fuerit. Sic Viri doctiſſimi. Mihi εὑρόντος maſculinum eſt, ſignificationis activæ, eodemque ſumo ſenſu, quem ſortitur apud *Charitonem* ac ſcriptores reliquos, docuitque *Salmaſ.* l. c. atque ex eo *Jac. Duport.* Prælect. in *Theophr.* Charact XV. p. 441. quique obtinet itidem in verbis poëticis ἄλφειν, ἀλφεῖν & ἀλφαίνειν, de quibus quoque *Kuſter.* ad *Suid.* V. Ἀλφαίνει, Ἀλφεσίβοια. & ad *Heſych.* V. Ἦλφεν. Adeoque ordinem ſuppleamque verba hoc modo, τὰ τοι. πάντα σκοπῶ, μὴ (i. e. μήποτε) οὕτω ἐπαγ. ἢ τὸν πον. φίλ. ἀποδ. ὅταν ἐξῇ λαβ. τὸ πλεῖον (τίμημα) τῆς ἀξίας τοῦ εὑρόντος (n. φίλου

τοι-

τοιȣ́τȣ πονηρȣ̃, aut ἢ ὃ ἂν εὕροι ὁ τοιȣ̃τος φίλος πονηρὸς) ὥσπερ καὶ (ἐπαγωγόν ἐστι λαβεῖν τίμημα οἰκέτȣ πον. τȣ̃ εὑρόντος τὸ πλεῖον τῆς ἀξίας) ὅταν τις πωλῇ καὶ ἀποδ. οἰκ. πονηρόν. Vel propius etiam insistendo ordini, quo verba leguntur, τὰ τοι. πάν. σκ. μὴ ὥσπερ (ἐπ. ἐστιν ἀποδίδοσθαι) οἰκ. πον. ὅταν ἐξῇ λαβ. (τίμημα) τȣ̃ εὑρ. τὸ πλ. τ̃ ἀξ. ὅταν τις πωλῇ καὶ ἀποδ. (αὐτὸν) οὕτω καὶ ἐπαγ. ἢ ἀποδ. τὸν φίλ. πον. (ὅταν ἐξῇ λαβ. τὸ τȣ̃ εὑρ. πλεῖον τ̃ ἀξίας. Atque horum similisque exempli locorum complurium intuitu, quæ cum alibi passim tractavimus, tum supra L. II. c. 63. verissime de *Herodoto*, *Thucydide* in primis, adfirmare poterat *Longinus* Sect. XXII. ὅτι καὶ τὰ φύσει πάντως ἡνωμένα καὶ ἀδιανέμητα ὅμως ταῖς ὑπερβάσεσιν ἀπ' ἀλλήλων ἄγειν δεινότατοι.

——Vs. 32. Καὶ ἐπέπεσε πολλὰ καὶ χαλεπά. Posterius καὶ otiari cum videretur *H. Steph.* in Lib. de Dial. p. 35. reprobabat Schol. supplementum. Ipse in *Diluc.* positum intellexi, pro καὶ ταῦτα; verum poterit quoque πολλὰ accipi pro *difficilia*, *gravia*, ut πολὺς modo istas notiones sibi vindicat, modo per *vehemens*, *insignis*, exponi vult. *Herodot.* L. IX. c. 106. πολλά τε καὶ κακά. & ut *Noster*, πολλὰ καὶ χαλεπὰ *Demosth.* Ol. I. p. 6. Sect. 22. *Plat.* Conv. 325. D.

πολ-

πολλὰ καὶ δεινά. VIII. de Rep. 499. F. δουλεία πλείστη τε καὶ ἀγριωτάτη. Menex. 406. C. πολλοῦ πολέμου γενομένου. *Herodot.* VII. c. 188. ἐπέπεσέ σφι χειμών τε μέγας καὶ πολὺς ἄνεμος. L. IX. c. 90. πολλὸς ἦν λιστόμενος. *Plat.* Gorg. princ. πολλὰ καὶ καλά. Apol. Socr. 361. D. φιλότιμοι καὶ σφοδροὶ καὶ πολλοί. Phædr. 347. G. ἵππος πολὺς vertitur *multiplex*, quod qualem dicat equum ignoro; mihi opponi videtur illi, quem prius dixerat κελεύσματι μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχεῖσθαι: adeoque πολὺς ἵππος est, ἵππος σφοδρὸς, & ἀκατάσχετος, quocum junctum vidimus alibi. *Aristoph.* Eq. vs. 523. πολλῷ ῥεύσας ἐπαίνῳ. ubi Schol. Conf. *Wessel.* ad *Diod. Sic.* Tom. II. p. 147. 436. Anim. ad *Æsch.* L. I. p. 159. Superlativus ἡσυχώτατος æque, atque ἡσυχαίτατος offert se in *Plat.* Charm. 238. Vs. 41. ὁμοῖον τι πρός τι, & τὶ τινὶ promiscue dici, multis vidimus *Diluc.* p. 49. 822. *Plat.* V. Legg. 610. C. ὠνεῖσθαι καὶ πωλεῖν πρὸς ἀλλήλους.

——Vs. 53. Ὁ μὲν χαλεπαίνων, πιστὸς ἀεὶ, ὁ δ' ἀντιλέγων αὐτῷ, ὕποπτος. Ne quid in his tentemus, vetat *Dion. Halic.* p. 151. iterumque nulla varietate ad verbum ita exhibens p. 164. Forsan per τὸν χαλεπαίνοντα hominem intelligit *Noster*, qualem sistit hoc *Comici*,

μι-

μισῶν λόγυς ἄνθρωπ☉, ὐδὲ πώποτε Ἀντίθετον εἰπὼν ὐδὲν, ἀλλ' Ἄρη βλέπων. Præcedit ἐμπλήκτως ὀξὺ, ut ἐμπλήκτως ϗ ἀνοήτως ἄρχειν *Plut.* T. II. p. 256. extr. Schol. hic expl. μανιωδῶς.

——— Vs. 92. Μετὰ ψήφυ ἀδίκυ καταγνώσεως. i. e. μεϑ ψήφυ ἀδίκως καταγνωσκέσης. Ut ἡ ἀναιρῦσα, ἡ σώζυσα & ἀπολύυσα, ita quoque ἡ καταγνώσκυσα ψῆφ☉ apud *Aristid.* T. III. p. 351. ψῆφον βυλεύεσθαι dixit *Æsch.* S. C. Theb. vs. 204. & θάνατον φέρειν *Plat.* IX. Legg. 653. B.

Cap. XCV. vs. 59 Φωκεῦσιν ἤδη ὅμορ☉ ἡ Βοιωτία ἐςί. De usu heic & alibi quem præstet vocula ἤδη, vidimus in *Diluc.* Pro σχεδὸν, *prope*, *fere*, *circiter* accipiendum dicas in hoc *Plat.* Crit. 563. E. ἑτέρα δὲ τάφρ☉ ἀφ' ἑτέρας ςαδίυς ἑκατὸν ἀπεῖχεν ἤδη. pro *hactenus*, μέχρι νῦν, aut μέχρι τῦδε apud *Herodot.* VIII. c. 106. ὦ πάντων ἀνδρῶν ἤδη μάλιςα ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων τ̀ βίον κτησάμενε. & *Pauſ.* Ach. p. 580. πυθέαϛ μ̀ ἤδη μάλιςα τὰ ὀνόματα αὐτῶν οὐκ εἴχομεν.

Cap. CI. vs. 66. Δυσεσβολώτατ☉ ἡ Λοκρίς. Hucne referri debet, quod legitur in *Plat.* IV. de Rep. 447. C. τοῖς ἡμετέροις παισὶν ἐννομωτέρυ παιδείας μεθεκτέον. an subaudito πράγματ☉, aut χρήματ☉, intelligi, ut in Gorg. 296. D. φιλοσοφία

ἐστὶ χαρίεν, ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἀφεθῇ. p. 308. A. ἐν τῷ τοῦ σώματος τιμιωτέρῳ τῇ ψυχῇ πολλὰ νοσήματα ἔχειν. Conv. 316. G. χαλεπὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ μέθη ἐστίν. Criton. 373. C. μητρὸς καὶ πατρὸς τιμιώτερόν ἐστι πατρίς. Phæd. 401. A. ἀθάνατόν γε ἡ ψυχὴ φαίνεται οὖσα. at p. 398. A. ἀθάνατος φαίνεται οὖσα. II. de Rep. 431. G. κομιδῇ ἄρα ὁ θεὸς ἁπλοῦν καὶ ἀληθές. *Herodot*. II. c. 92. ὁ καρπὸς γίνεται κηρίῳ σφηκῶν ἰδέην ὁμοιότατον. Ex his, ni fallor, judicium fieri poterit, utrum in *Menandri* Incert. fragm. vs 514. pro νόσων χαλεπώτατος φθόνος legi præstet, χαλεπώτατον, an quod *Bentl.* visum, χαλεπωτάτη. Mihi dubium non est, quin rectissime *D'Orvillius* apud *Charit*. L. III. p. 43. vs. 6. corrigendum viderit, πάντων τῶν πραγμάτων ὀξύτατόν ἐστι φήμη, pro ὀξύτατος. Add. *Plat*. II. de Rep. 428. F. & Legg. X p. 667. F.

Cap. CIV. vs. 25. Ἐναποθνήσκειν. De loco *Plutarchi*, quem in *Diluc.* tractavimus, conjectura fieri si debeat ex simili *Pauf.* I. Eliac. p. 378. ἀφανοῦς δὲ ὄντος τοῦ εἰργασμένου τὸν φόνον, μάλιστα ἐποιεῖτο ἡ Μελιόνη σπουδὴν τῶν παίδων τὸν αὐτόχειρα ἐξευρεῖν. exciderit ibi ante V. φόνον accusativus τοὺς εἰργασμένους, aut τὸν εἰργασμένον. Ad reliqua ibid. notata referre possis

quod

quod apud *Plat.* in Protag. 198. D. τ̃ μὴ δυνάμενον αἰδῦς κ̉ δίκης μετέχειν, κτείνειν ὡς νόσον πόλεως. III. Legg. 587. E. θάνατοί τε κ̉ σφαγαὶ κ̉ φυγαὶ ἐγένοντο πάμπολλαι & *Virg.* VI. Æn. vs. 333. *mortis honore carere.*

Cap. CVIII. vs. 55. Ἡ μάχη ἐτελεύτα ἕως ὀψέ. i. e. *extendebatur*, *porrigebatur*, & *protrahebatur in serum.* *Suet.* Aug. c. 17. *dimicatione in serum protracta.* Infra L. VIII. c. 90. vs. 15. murus veteri additus ἐπὶ τ̃ ἕτερον πύργον ἐτελεύτα. Similiter Lat. *desinere in.*

Cap. CIX. vs. 60. Ἀπορῶν, Menedæus, ὅτῳ τρόπῳ ἢ μένων πολιορκήσεται, ἢ κ̉ ἀναχωρῶν διασωθήσεται. Per *posse* hæc futura exponi volunt, ut in *Plat.* VI. Legg. 614. H. γεγράφθω ὡφληκὼς ὅπυ πᾶς ὁ βυλόμενος ἀναγνώσεται. p. 615. A. ἕκαστος προστάξει τύτοις τοῖς ἀνδράσιν ὧντινων αὐτῦς δεῖ προσεπιμελεῖσθαι. Sic ὀργιῦνται est *poterunt irasci* apud *Xen.* VI. K. A. p. 456. *Æsch.* Suppl. vs. 249. συνοίσεται στόχῳ, pro δύναται κ̉ δυνήσεται συμφέρειν κ̉ συμβάλλειν εἰς τ̃ στόχον. Schol. expl. per συμφωνήσει, *conveniet*, *competet*, *congruet*, quæ notio locum potius habet in *Eurip.* El. vs. 527. χαίτης πῶς συνοίσεται πλόκος; & *Soph.* Ajac. vs. 433. τίς ἂν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον τὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς. Sed

& per *oportet* interdum exponi mavult, ut προσέσονται in *Plat.* II. de Rep. 427. G. *adsint oportet, adesse eos oportebit.*



A D
LIBRUM QUARTUM.

Cap. I. vs. 6. Ἔπραξαν δὲ τοῦτο μάλιστα οἱ μὲν Συρακούσιοι —— ἐπέλθωσιν· οἱ δὲ Λοκροὶ κατὰ ἔχθος τὸ Ῥηγίνων, βουλόμενοι ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς καταπολεμεῖν. καὶ ἐσεβεβλήκεσαν ἅμα ἐς τὴν Ῥηγίνων οἱ Λοκροὶ πανστρατιᾷ, ἵνα μὴ ἐπιβοηθῶσι τοῖς Μεσσηνίοις· ἅμα δὲ καὶ ξυνεπαγόντων Ῥηγίνων φυγάδων, οἳ ἦσαν παρ' αὐτοῖς. Intelligi supplerique, ni fallor, hæc ita volunt, ἔπραξαν —— ἐπέλθωσιν· οἱ δὲ Λ. βουλ. ἀμφ. καταπ. αὐτοὺς (Messenios) καὶ ἐσεβ. ἅμα πανστρ. ἐς τὴν Ῥ. ἵνα μὴ ἐπιβ. τοῖς Μεσ. (ἔπραξαν δὲ τοῦτο) οἱ Λοκροὶ (ἅμα μὲν) κατὰ ἔχθος τὸ Ῥηγ. ἅμα δὲ καὶ ξυνεπ. Ῥηγίνων φυγ. οἳ ἦσαν παρ' αὐτοῖς.

Cap. IV. vs. 65. Περὶ στάσιν. Vox περίστασις, de qua jam nonnihil hunc ad locum, significatione propria occurrit in *Plat.* IX. Legg. 652. F. ubi ἄτιμον μηδένα vult εἶναι μηδέποτε μηδ' ἐφ' ἑνὶ τῶν ἁμαρτημάτων· θάνατον δὲ, ἢ δεσμοὺς, ἢ πληγὰς, ἢ ἀμόρφους ἕδρας, ἢ στάσεις, ἢ περιστάσεις εἰς ἱερὰ,

ἐπὶ

ἐπὶ τὰ τ. χώρας ἔσχατα. excidiſſe in poſtremis videtur copula, & leg. ἢ, vel καὶ ἐπὶ, aut. ἐπί τε τὰ τ. χ. ἐσχ. *& ſubmotiones* vel *relegationes in regionis extrema.*

Cap. X. vs 91. Ὃ (χωρίον) μενόντων ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται, ἀποχωρήσασι δὲ, καίπερ χαλεπὸν ὂν, εὔπορον ἔσται. Eadem prorſus ſyntaxis, quæ in *Æſch.* Eum. vs. 775. ὀρθουμένων δὲ καὶ πόλιν τιμῶσιν ἀεὶ, αὐτοῖς ἡμεῖς ἐσμεν εὐμενέστεροι. Corrigebat *Iſ. Caſaubonus*, ὀρθουμένοις, & *Pauwium* ſi audias, vitium eſt manifeſtum, reponendumque erit vel ὀρθουμένῳ, vel quod habet Edit. *Turn.* ὀρθουμένοις. Receptam lectionem cum *Ald.* & *Robort.* tuetur Schol. in quo lego, τῶν γεννωμένων, *poſteris*, *poſtmodum natis*, quos poëta vs. 656. dixit τοὺς ἔπειτα, & vs. 677. τοὺς ἐπισπόρους. Sed & eandem ſtructuram adhibitam invenio *Pauſ.* Cor. p. 126. ἐχόντων δὲ, ſcribit, ἀσθενῶς, ἤδη τῶν Σικυωνίων —— διακειμένοις ἂν ἀδυνάτως ἐπιγενόμενος σεισμὸς, ὀλίγου τὴν πόλιν ἐποίησεν ἀνδρῶν ἔρημον. Conſtructionis, qua diverſi caſus, intercedente conjunctiva, ponuntur, exempla dant Anim. ad *Æſch.* L. I. p. 148. De caſu ſexto Græcis, ut Latinis uſitato, vid. inter alios *Kuhn.* Index in *Æl.* Var. Hiſt. V. κοινός, & *Diluc. Thuc.* p. 367. De Accuſ. conſequentiæ agit *H. Steph.* Anim.

in Lib. de Dial. p. 22. Hos cum occurrere existimet Cl. *Ernesti* in *Xen.* II. Memor. c. 2. (Edit. *Steph.* p. 433.) distinguit post V. πόλεως. En verba, ἐάν τις γονέας μὴ θεραπεύῃ, τούτῳ δίκην τε (ἡ πόλις) ἐπιτίθησι, καὶ ἀποδοκιμάζουσα οὐκ ἐᾷ ἄρχειν τοῦτον, ὡς οὔτε ἂν τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θυόμενα ὑπὲρ τῆς πόλεως τούτου θύοντος, οὔτε ἄλλο καλῶς καὶ δικαίως οὐδὲν ἂν τούτου πράξαντος. Mihi recte Cl. *Gesnerus* εὐσεβῶς retulisse videtur ad θύοντος, ut καλῶς καὶ δικαίως referuntur ad τοῦ πράξαντος; atque structura esse, ὡς οὔτε τούτου εὐσ. ἂν θύ. τὰ ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλ. θυόμενα, οὔτε &c. Notes ceterum quater repetitum οὗτος, ut bis αὐτὸς in *Eratosth.* Catast. c. 32. ὃς αὐτὸν ἐλεήσας δίδωσιν αὐτῷ τὸν οἰκεῖον οἰκέτην. ibid. διὰ τὴν αὐτοῦ ἀνδρίαν ἐν τοῖς ἄστροις αὐτὸν ἔθηκεν ὁ Ζεύς. cap. 40. ἀποθανόντος αὐτοῦ ὁ Ζεὺς ἐν τοῖς ἄστροις ἔθηκεν αὐτόν. D. *Marcus* Cap. V. com. 2. ἐξελθόντι αὐτῷ —— ἀπήντησεν αὐτῷ ἄνθρωπος. Vs. 94. ut ῥαδίως in quibusdam Codd. locum invasit τοῦ ῥαδίας, ita ἀναγκαίως τοῦ ἀναγκαῖος apud *Plat.* VIII. de Rep. 497. F.

—— Vs. 8. Φόβῳ νεῶν δεινότητος καταπλεῦ. Coacervati Genitivi, ut in *Plat.* Charm. 240. C. πρόσρησις θεοῦ τῶν εἰσιόντων. X. Legg. 672. F. ἡγήσω καθεωρακέναι τῶν πάντων ἀμέλειαν θεῶν. *Aristid.* T. I. p. 468. πόλεως

περι-

παράδειγμα κάλλους. Supra L. III. c. 98. vs. 30. πᾶσα ἰδέα τοῦ ὀλέθρου τῶν στρατοπέδων τῶν Ἀθηναίων.

Cap. XV. vs. 16. Πρὸς τὸ χρῆμα ὁρῶντας. *Plat.* Men. 17. B. οὐ πρὸς τοῦτο βλέψας εἶπον, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἔθους. p. 20. C. πρὸς τί βλέπων δυσχεραίνεις αὐτό. Add. p. 25. D. Lach. 252. E. 253. F. ὅποι ποτὲ βλέπων; Crat. 259. F. ποῖ βλέπων. I. Legg. 573. E. πρὸς τί σκοπούμενος αὐτὸ ἐπανηρώτας. Hinc VI. Legg. 613. E. pro περὶ τί βλέπων καὶ ποῖ μάλιστα αὐτὸ εἴρηκας, videri poſſet leg. πρὸς τί. Sed variare forte voluit ob ποῖ. Aliud ἰδεῖν & βλέπειν τι, veluti κέρδος ἰδεῖν *Æſch.* Eum. vs. 544. τιμᾶν βλέπω *Ariſt.* Veſp. vs. 843. quod an jure de vitio ſuſpectum fuerit *Florenti* dubito. τιμᾶν, ni fallor, valet ibi *punire*. *Ariſtid.* T. III. p. 545. πρὸς τὸ χαρίζεσθαι βλέπειν, ἄλλο δὲ μηδὲν βλέπειν. alia dedit. Doctiſſimus *Reitzius Belg. Græciſſ.* p. 446. add. hunc ipſum ad locun *Diluc.*

Cap. XXV. vs. 52. Οἱ Σικελοὶ ὑπὲρ τῶν ἄκρων πολλοὶ κατέβαινον. Vertitur, Schol. duce, *Siculi qui in montibus habitabant deſcenderunt*, & *Siculi montani*; ob κατέβαινον credo, quod tamen obſtare non debebat, quo minus interpretarentur, qui *trans* aut *ultra montes habitabant*. *Herodot.* IV. c. 122. urbs ὑπὲρ Μαι-

άν-

ἀνδροῦ ποταμοῦ οἰκημένη. L. IX. c. 118. ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμῶν. *Aristid.* T. I. p. 271. ὑπὲρ Μεγάρων ἐν Γερανείᾳ. *Callimachi* interpretem, qui H. Dian. vs. 107. ὑπὲρ ποταμοῦ φεύγειν verterat, *ad fluvium*, correxit *Spanh.*

Cap. XXVI. vs. 2. Ἀφειδὴς ὁ κατάπλους καθεστήκει τοῖς. *Aristocles* poëta apud *Æl.* de Anim XI. c. 4. τοῦ ἐξ ἀγέλης ἀφειδῆ Ταῦρον, ὃν οὐκ αἴρουσ᾽ ἀνέρες οὐδὲ δέκα, γραῦς μόνη μόνον οὔατος ἕλκει ἐπὶ βωμόν, i. e. *maximum, cui nemo*, nisi malignus, *parcat.* μόνον est *tantum modo.* αἴρειν, ut apud *Plat.* IX. de Rep. 505. B. εἴ τις ἄνδρα ἕνα ἄρας ἐκ τῆς πόλεως θείη εἰς ἐρημίαν. & *Soph.* Ajac. vs. 547. αἶρ᾽ αὐτὸν αἶρε δεῦρο.

Cap. XXVII. vs. 40. Ἐπιτιμῶν. Rarior hujus verbi *interdicendi* notio, qua habetur apud Euangelistas. *Matth.* c. XII, 16. ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσι. *Marc.* X, 48. ἐπετίμων πολλοὶ ἵνα σιωπήσῃ. *Luc.* IX, 21. ἐπιτιμήσας αὐτοῖς παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν. Cap. IV, 39. ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ. & *Theoph. Simoc.* L. VIII. c. 13. τῷ εἰς κάλλος γράφοντι ἐπετίμησε μὴ μεταθεῖναι ἐφ᾽ ἕτερον τὰ ἀπόρρητα διηγήματα.

Cap. XXX. vs. 12. Προπέμψας ἄγγελον ὡς ἥξων καὶ ἔχων στρατιὰν, ἀφικνεῖται. Ita ὡς cum participio loco Indicativi, aliquando etiam

etiam loco Infinitivi. Perinde foret, si dedisset *Noster*, ὡς ἥξει καὶ ἔχει. *Xen.* VI. K. A. p. 498. ἀνέμενον Κλέανδρον ὡς ἥξοντα. *Plat.* Gorg. 308. F. οὕτως ἡμῖν ἐπιχειρητέον ἐπὶ τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας θεραπεύειν, ὡς βελτίστους αὐτοὺς τοὺς πολίτας ποιοῦντας. Phædr. p. 344. B. πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανῶς ποιητὴς ἐσόμενος. Menex. p. 406. A. αὐτὸς ἠγγέλλετο βασιλεὺς διανοεῖσθαι ὡς ἐπιχειρήσων. *Pauf.* Bœot. p. 737. διενοοῦντο τοὺς τεθνεῶτας ὡς θάψοντες. *Eurip.* Phœn. vs. 1469. ἀνῆξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων· ἡμεῖς μὲν ὡς νικῶντα δεσπότην ἐμὸν, οἱ δ' ὡς ἐκεῖνον. Utramque syntaxin eodem in loco adhibuit *Xen.* I. K. A. p. 29. ὡς μὲν στρατηγήσοντα ἐμὲ μηδεὶς ὑμῶν λεγέτω· ὡς δὲ τῷ ἀνδρὶ, ὃν ἂν ἕλησθε, πείσομαι. Est ubi commode per περὶ *de* exponitur, ut ibid. p. 24. ὡς ἐμοῦ ἰόντος, ὅπῃ ἂν καὶ ὑμεῖς, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε. *Æsch.* Pers. vs. 682. λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας, pro περὶ ἡμῶν ὡς ὀλωλότων, aut ὡς ὀλώλαμεν, aut ἡμᾶς ὀλωλέναι. Conf. ibi Animad. & *Sylburg.* ad *Pauf.* p. 932. ex Ach. p. 583. Vs. 7. quam esse vidimus trajectionem V. αὐτοῦ, eadem se offert in *Plat.* VII. Legg. 638. F. ἐν μὲν ξύμπαν γίγνοιτ' ἂν γένος ἐν δόξῃ τοῦ πράττειν εὖ γιγνόμενον· —— —— τὸ μὲν ἐκ πόνων τινῶν αὐτοῦ καὶ κινδύνων διαπεφευγότων εἰς ἀγαθὰ, μεί-

ζυς ἡδονὰς ἔχον τὸ δὲ &c. pro τὸ μὲ αὐτῦ ἐκ πόν. τυ.

Cap. XXXIV. vs. 92. Ὡς ἕκαστός τι πρόχειρον εἶχε. Adhibuerat fortasse hanc locutionem *Æl.* de Anim. L. XVII. c. 1. scripseratque, γένος καρκίνων, οἷς —— χηλαὶ ἠρτημέναι μέγισται πρόχειρον ἔχον τὸ ἐπηρτημένον, pro vitioso προχεῖχον τὸ ἐπ.

Cap. XXXVI. vs. 34. Κατὰ τὸ ἀεὶ παρῆκον. Ut ad hunc locum vidimus, ἥκειν & παρήκειν cum εἴκειν atque παρείκειν frequenter permutata, sic in *Plat.* Menex. p. 407. G. εἰς τὐπίσω ἀναχωρεῖν ἥκοντας κάκη. l. εἴκοντας. καθειμένοις quoque scribendum, pro καθημένοις Crit. p. 563. C. ubi editur, πεδίον ἐν κύκλῳ περιεχόμενον ὄρεσι μέχρι πρὸς τὴν θάλατταν καθημένοις. Apud *Ælianum* contra L. XVI. de Anim. c. 12. recte *Gesner.* restituit, καθημένοις χωρίοις, pro καθειμένοις. *Suid.* καθήμενον πεδίον, τὸ ὁμαλὸν, subdens anonymi fragm. quod est *Theoph. Sim.* L. V. Hist. c. 10. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐς καθήμενον πεδίον ἐστρατοπεδεύοντο. Aberravit quoque interpres *Artemid.* Præfat. L. III. κατὰ τὸ παρεῖκον vertens, *juxta assimilationem.*

Cap. XXXVIII. vs. 78. Διεσκευάζοντο. *Instruendi* notio τῦ διάγειν, de qua in *Diluc.* competere videtur loco *Tim. Locri* p. 545. A. ὁ ποτιδέεῖ (ὁ κόσμος) θυα-

θνατῶν ὀργάνων], ἃ διὰ τὰς χρείας τοῖς ἄλλοις ζώοις ποτάρτηταί τε καὶ διῆκται. dictum ut sit, pro καὶ οἷς διῆκται. nisi ita leg.

Cap. XLII. vs. 49. Ἐν Ἀμβρακίᾳ ἀπήεσαν. Similiter ἐν ᾅδου, pro εἰς ᾅδου *Plat.* X. Legg. 672. F. εἴτε καὶ ἐν ᾅδου διαπορευθεὶς, εἴτε καὶ τούτων εἰς ἀγριώτερον διακομισθεὶς τόπον. in Menex. 406. B. ὃ τήνδε τὴν πόλιν ἐν πολέμῳ τοῖς Ἕλλησι κατέστησε. quod tamen scriptum potest accipi, pro ἐγκατέστησε. Eodem referre possis περιπίπτειν ἐν τινὶ apud *Diod. Sic.* L. XII. p. 520. non sollicitandum, utpote cujus aliunde jam exempla hunc ad locum dedimus. *Platonis* est III. Legg. 587. E. περιπεσεῖν τῇ μουσικῇ καὶ ταῖς μέθαις, *incidere in disputationem de.* Rarioris syntaxis illud *Artemid.* L. II. Oneir. c. 26. περιπεσεῖν ὑπὸ μεγάλῃ αἰσχύνῃ. Genitivo junctam vidimus τὸ ἐν Anim. ad *Æsch.* L. I. p. 174. seq. add. *Georg. Lecap.* de Syntaxi p. 51.

Cap. XLVIII. vs. 72. Οἱ δὲ ἐφυλάσσοντό τε —— —— διεφθάρησαν. Longius deducta periodus ne quem moretur, suo verba proponemus structuræ ordine, οἱ δὲ ἐφυλ. τε ὡς ἠδύναντο, καὶ ἅμα οἱ πολλοὶ σφᾶς αὐτοὺς διέφθειρον, ὀϊστούς τε, οὓς ἀφίεσαν ἐκεῖνοι, ἐς τὰς σφαγὰς καθιέντες, καὶ τοῖς σπάρτοις ἐκ κλινῶν τινων (n. διέφθειρον σφᾶς αὐτοὺς,)

αἳ ἔτυχον αὐτοῖς ἐνῆσαι, καὶ ποιοῦντες περιρρήματα ἐκ τῶν ἱματίων, παντὶ τρόπῳ ἀναδοῦντες σφᾶς αὐτοὺς τὸ πολὺ τῆς νυκτός· ἐπεγένετο γὰρ νὺξ τῷ παθήματι· διεφθάρησαν ἀπαγχόμενοι καὶ βαλλόμενοι ὑπὸ τῶν ἄνω. *Suidas* & Schol. *Demostenis*, qui habet διέφθαρον, apud Cl. *Duker.* in Not. citantes, διέφθειρον σφᾶς αὐτοὺς οἱ μὲν ἀπὸ κλινῶν σπάρτας (fic Edit. *Mediol.* σπάρτα *Kuster.*) οἱ δὲ ἐκ τῶν ἱματίων περιρρήματα ποιοῦντες ἀπήγχοντο. non verba adnumerare voluerunt, fed quantum ad fenfum & propofitum ipfis videbatur fatis, in compendium contracta dederunt.

Cap. XLIX. vs. 92. Ἐκπέμψαντες. Violentiæ fignificatu, ut ἀποπέμψασθαι *Xen.* VII. K. A. p. 591. & 596. quod ibi prius ἐξελαύνειν, *Eurip.* Phœn. vs. 1733. ἐκ δόμων ἄθαπτος οἴχεται νέκυς, pro ἐξερρίφθη. ut bene expl. Schol. Contra ἐκβάλλεσθαι τῆς φυλακῆς eft *emitti* in *Chryf.* T. VI. Op. p. 119. D. & ἔκτοθι βάλλειν, per ἀποστέλλειν expl. Schol *Apoll. Rhod.* L. I. vs. 242. *Herodot.* L. VI. c. 88. ἑωϋτὸν ἐξέλασε ἐκ τῆς νήσου. quod c. 90. ἐκδιδρήσκει. D. *Jacobus* c. II. com. 25. ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους (ἡ Ῥαὰβ) καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβάλλουσα.

Cap. LVIII. vs. 53. Ἑρμοκράτης, ὅσπερ καὶ ἔπεισεν αὐτοὺς ἐς τὸ κοινὸν, τοιούτους δὴ λόγους εἶπεν. Ferri nequit hæc diftinctio, remo-

movendum comma post αὐτὸς, ut perite post *Franc. Port.* monuit *Dukerus*. Nusquam inveneris πείθειν εἰς κοινὸν, aut εἰς τὸ κοινὸν τὸς, nec Græcum foret, nisi per ellipsin verbi alicujus, de qua *Diluc.* p. 492. quæ cum locum heic non habeat, jungenda adparent, ἐς τὸ κοινὸν εἰπεῖν. ut sæpe λέγειν, φράσαι, εἰπεῖν εἰς κοινὸν, & ut hoc in loco, itemque altero apud Cl. *Duker.* εἰς τὸ κοινόν. quod εἰς τὸ μέσον λέγειν *Aristid.* T. I. p. 29. & 581. *Æsch.* Prom. vs. 844. ὑμῖν ἐς κοινὸν φράσω. Eum. vs. 411. πᾶσι δ' ἐς κοινὸν λέγω. addito λόγον, ut apud *Nostrum* λόγους, *Eurip.* Phœn. vs. 1227. λέξαντες Ἀργείοις Καδμείοις τε εἰς κοινὸν λόγον. Nec modo cum verbis *dicendi*, sed aliis quoque: veluti εἰς κοινὸν ἅπασιν ἀναγιγνώσκεσθαι *Synes.* Ep. 67. εἰς τὸ κοινὸν ἀπειλεῖν *Aristid.* T. III. p. 639.

Cap. LXII. vs. 33. Τὰ ἐναντία, τὸ μὲν —— τὸ δὲ —— Quod de articulo cum μὲν & δὲ jam notavimus, idem observare est in *Pauf.* Corinth. p. 199. ubi τὸ μὲν, dein τὰ δέ. *Eurip.* Phœn. vs. 1123. Στικτοῖς πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα cum præmisisset, subdit, (κατὰ) τὰ μὲν ὄμματα (αὐτὸν) βλέποντα, τὰ δὲ κρύπτοντα. Pendente (mihi enim, ut nonnullis Criticis veteribus, casus sunt masculini) ibi accusativo ab ellipsi, τὰ δὲ a

κρύπτοντα. ſicuti κρύπτειν φάος ὀμμάτων *Pind.* Nem. X. vs. 75. In *Euſtath.* l. c. Cl. *Valcken.* aut leg. ἐν οἷς φησιν Ἄργου ὄμματα —— pro Ἄργου, aut in κρύπτοντα intelligitur αὐτόν.

Cap. LXIII. princ. Καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς τε τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος, καὶ διὰ τὸ ἤδη φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους, κατ᾽ ἀμφότερα ἐκπλαγέντες, καὶ τὸ ἐλλιπὲς τῆς γνώμης, ὧν ἕκαστός τις ᾠήθημεν πράξειν, ταῖς κωλύμαις ταύταις ἱκανῶς νομίσαντες εἰρχθῆναι, τοὺς ἐφεστῶτας πολεμίους ἐκ τῆς χώρας ἀποπέμπωμεν. Structuræ ordo eſt, καὶ νῦν ἐκπλ. κατ᾽ ἀμφ. διά τε τὸ ἀτ. δέος τοῦ ἀφ. τούτου, καὶ διὰ τὸ (δέος τοὺς) φοβ. παρ. ἤδη Ἀθ. καὶ νομ. ἱκ. εἰρχθ. ταῖς κωλ. ταύταις, τὸ ἐλ. τῆς γν. (ἐκείνων) ὧν ἕκ. τις ᾠήθ. πράξειν, ἀποπ. τοὺς ἐφεστ. πολ. ἐκ τῆς χ. Duplex dedit regimen τῷ δέος, uſitatum cum Genit. τοῦ ἀφ. τούτου, & quod rarius verbi. vid. *Diluc.* p. 642. ubi tamen ſyntaxin, δέος & φοβεῖσθαι εἴς τι reprobare non debuiſſem: ſic enim δεῖμα πρὸς τὴν θάλασσαν *Ariſtid.* T. I. p. 36. ac φοβεῖσθαι πρὸς τὸ *Soph.* Trach. vs. 1228. Alio ſpectat hoc *Xen.* I. K. A. p. 17. ὁ ἐκ τῶν Ἑλλήνων εἰς τοὺς βαρβάρους φόβος. ubi participium ἐμπεσὼν, vel ſimile intelligi videtur. ἀποπέμψωμεν bene Schol. expl. per ἀπράκτους ἀποπεμψώμεθα: nam præcedit vs. 28. ἄπρακτοι ἀπίασι.

Cap. LXVIII.

Cap. LXVIII. vs. 97. Λίπα ἀλείψασθαι. *Pauf.* Arc. p. 637. λίπα ἀληλιμμένοι. & γάλα καὶ λίπα τέγγειν *Erotian.* in fin. literæ Γ expl. λιπαρῶς ἐμβρέχειν.

Cap. LXXIII. vs. 16. Ἐνόμιζον ἀμαχητὶ ἂν περιγενέσθαι αὐτοῖς ὧν ἕνεκα ἦλθον. Obſervent tyrones, aliud eſſe, ἐγὼ περιγίγνομαι τούτου, aliud, quod hujus eſt loci, τοῦτο περιγίγνεταί μοι. Prius (quod perite reſtituit in *Polybii* fragm. apud *Suidam* V. διαστακτικώτερον, nec non *Dinarcho* Cl. *Jo. Toup.* Emend. in *Suid.* p. 96. ubi hactenus nullo ſenſu legebatur, παραγίνεσθαι) notat *vinco, ſum ſuperior*, hoc *lucror, obvenit, contingit*ve *mihi* &c. Supra L. II. c. 39. ult. περιγίγνεται) ἡμῖν τοῖς ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν. *Ariſtid.* T. III. p. 308. περιγενομένων τῇ πόλει χρημάτων συχνῶν. p. 311. περιεγένετο αὐτοῖς τῶν πολεμίων κρατῆσαι. ubi Schol. Mſc. exponit per κέρδος συνέβη. rurſus T. I. p. 263: de victis ab Athen. Perſis, τοσοῦτον τῷ βασιλεῖ περιεγένετο, ὥστε ἐνδοξοτέραν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν καὶ τοὺς τόπους ταῖς νίκαις ἐποίησαν. ad hæc idem notat Schol. παραδόξως, τὸ περιεγένετο εἶπεν, ἀντὶ τοῦ ἐκέρδανε, κέρδος δὲ εἶπε τὸ ἐπίσημον αὐτοῦ γενέσθαι τὴν χώραν τοῖς τροπαίοις. *Herodian.* L. VIII. p. 615. μῖσος καὶ ὀργὴ περιεγένετο τῷ Μαξιμίνῳ πρὸς τῶν οἰκείων. Eadem eſt ratio τοῦ περιεῖναι, quod ſibi reſtitui poſtulat *Æl.* de Anim. XIII. c. 1.

ubi

ubi Gelonem narrans per lupum servatum addit, θεία δὲ προμηθείᾳ ὁ Γέλων περιῆν μόνος. male ibi legitur περιήει. Conf. tam hoc quam priori in verbo Lex.

—— Vs. 21. Καὶ τὰ πλείω αὐτῶν. Ut ad hunc locum, atque alibi, tam in Animadverf. ad *Æsch.* quam *Lect. Ariſtæn.* καὶ pro εἰ καὶ, itemque εἰ & εἴπερ, pro καίπερ poni vidimus, fic occurrit quoque in *Xen.* III. K. A. p. 239. οὐδεὶς ἥμαρτεν ἀνδρὸς, οὐδὲ γὰρ, εἰ πάνυ προθυμοῖτο, ῥᾴδιον ἦν. ubi adeo caufa non erat, cur *H. Steph.* legi vellet, οὐδὲ γὰρ οὐδ' εἰ. *Plat.* Conv. 325. A. περὶ μὲν οὖν κάλλους τοῦ θεοῦ καὶ ταῦτα ἱκανὰ, καὶ ἔτι πολλὰ λείπεται. pro εἰ καὶ feu καίπερ ἔτι π. λ. & ita καὶ in *Apoll. Rhod.* L. II. vs. 214. expl. Schol. .

Cap. LXXIV. vs. 39. Τῶν πραγμάτων πρὸς τοὺς 'Αθ. μετέσχον. Verbale regimine verbi. Ut δουλοσύνη πρὸς τοὺς *Herodot.* IX. c. 27. δουλεία ὑπὸ τοὺς *Plat.* V. de Rep. 464. D. πρόσρησις ὑπὸ τοῦ Charm. 240. D. μάθησις παρὰ τοῦ Protag. 194. C. σωτηρία εἰς οἰκίαν *Pauf.* Phoc. 866. πρόσταγμα τοῖς Arcad. 628. πρόσβλεψις τῷ *Plut.* T. II. p. 45. C. αὐτοῖς ἑαυτοὺς διακόνησις *Plat.* I. Legg. 568. E. ὑπηρεσία τῷ θεῷ Apol. Socr. 364. D. θεοῦ δόσις ἡμῖν ibid. E. ξυλλήπτωρ τῷ Phæd. 386. G. φθορὰ ὕδασιν Tim. 524. F. συμβολὴ ναυσὶν *Æsch.* Perf. vs. 350.

ut

ut verbum in *Herodot*. VIII. c. 60. Sect. 2. ναυσὶ ὀλίγαις πρὸς πολλὰς συμβάλλειν. Fit idem in adverbiis non modo casu tertio, ut χρησίμως, ἀρεσκόντως τῷ &c. verum etiam, quod ostendi alibi de nominibus, casu quarto *Plat*. Phil. p. 93. fin. ἆρ' οὐκ ἐμφρόνως καὶ ἐχόντως ἑαυτὸν τὸν νοῦν φήσομεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀποκρίνασθαι. & III. Legg. 589. C. εὖ καὶ ἐχόντως νοῦν σὺ πάντα εἶπες. Vs. 45. ἐξέτασις τῶν ὅπλων. quod *Xen*. V. K. A. p. 372. ἐξέτασις ἐν τοῖς ὅπλοις. ubi plura *Hutchins*. Infra L. VI. c. 42. ἐπεξέτασις τοῦ στρατεύματος.

Cap. LXXV. vs. 70. Κατελθόντος αἰφνιδίου ῥεύματος. De vento dici κατελθεῖν, ut καταπνεῖν, jam notavimus. & ita *Pauf*. Bœot. 773. ἐκ τῶν ὀρῶν καταπνέουσιν ἄνεμοι βίαιοι. Phoc. 838. πνεύματα ἄτακτα καὶ ἰσχυρὰ (αἱ, quod addendum) ἄκραι τῶν ὀρῶν καταπέμπουσιν ἐς τὴν θάλασσαν. nobis *ruk* & *val winden*. βιαστὰς vocat *Philo Jud*. p. 156. C. ὑπὸ βιαστῶν καταπνεόντων καταποντοῦσθαι.

Cap. LXXVI. vs. 80. Μεταστῆσαι τὸν κόσμον, καὶ ἐς δημοκρατίαν, ὥσπερ οἱ Ἀθηναῖοι, τρέψαι. Sive suppleas μετέστησαν, sive ἔτρεψαν, sive quoque ex δημοκρατίαν verbum adsumas δημοκρατοῦνται, aut phrasin integram ἐς δημοκρατίαν ἔτρεψαν, perinde erit. Infra L. V. c. 44. νομίζοντες πόλιν τε

σφίσι φιλίαν, καὶ δημοκρατουμένην, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ, nempe δημοκρατοῦνται. Mox vs. 93. fciolis tribuo ὅπως μὴ ξυμβοηθήσωσι, pro ξυμβοηθήσουσι. *Plat.* Conv. 323. F. φόβος ἔνεστιν ὅπως μὴ διαχωσθησόμεθα καὶ περίιμεν. IV. de Rep. princ. ὅπως ἔσται. Hipp. Maj. 97. G. ὅπως παρέσῃ καὶ ἄξεις. vid. *Lesbon.* περὶ σχημ. p. 178. feq. Optandi modo Apol. Socr. 367. B. ὅπως ὡς βέλτιστος ἔσοιτο. VI. de Rep. 470. G. ὅπως ἐπιτρέψοι. Tim. p. 522. D. ὅπως γνῶσαιτο, νομίσωσι δέ. ubi itidem malim νομίσουσι δέ. Præfens conjunctivi nemo non admiferit, ut in Gorg. 309. D. ὅπως ὅτι βέλτιστοι οἱ πολῖται ὦμεν. nec non imperfectum. XII. Legg. 693. B. ὅπως ἔζη —— καὶ ἀτιμώρητος ἐγίγνετο κακῶν ἁμαρτημάτων.

Cap. LXXX. vs. 82. Ἐπεί. Quum fociari perpetuo foleant ἐπεὶ, aut ἐπειδὴ, aut ἐπειδὰν τάχιστα, vel εὐθέως, male hæc fejungi videntur in *Xen.* V. K. A. p. 471. ac mutata diftinctione leg. ἐπεὶ δὲ ἐδείπνησαν τάχιστα, παρηγγέλθη &c. & vertendum, *fimul atque cœnarant mandatum eft.* Sic L. VII. p. 530. Ἀρίσταρχος δ' ἐπεὶ ἦλθε τάχιστα. Notatis de ufu τοῦ οἴεσθαι & δοκεῖν jungo *Plat.* Conv. p. 333. F. ἔνδοθεν ἀνοιχθεὶς, πόσης οἴεσθε γέμει σωφροσύνης. Quodque *Pauf.* Attic. p. 96. τῆς ἅλωσιν τῆς πόλεως οὐκ ἐθέλουσιν εἰδέναι. id p. 99. οὐ βού-

λον-

λον) δοκεῖν ἀλῶναι τ πόλιν. Conf. de verbo δοκεῖν in rebus certis *Salmaſ.* Confut. Theſ. de Mutuo p. 182. & Philolog. ad N. T. οἴεσθαι quoque ita præter alios habet *Plat.* Gorg. 291. D. IX Legg. 654. G. *Xen.* V. K. A. 406. ἔοικε *Pauſ.* Phoc. 813. Tum ut δοκῶ μοι, ἐμοὶ δοκοῦμεν &c. Sic & φαίνομαί μοι *Plat.* Sophiſt. 156. B. ἐμοίγε ὃ φαινόμεθα VII. Legg. 637. B. XI. p. 680. G. locum ejusdem L. I. de Rep. fin. ὥσπερ οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες —— καὶ ἐγώ μοι δοκῶ &c. pene ad verbum deſcriptum exhibet *Them.* Orat. XVIII. p. 220. B. πάσχω οὖν, ſcribens, ὥσπερ οἱ λίχνοι τ δαιτυμόνων, ἀπογεύομαι ἀεὶ τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἁρπάζων.

Cap. LXXXIV. vs. 53. Δέος & δεῖμα ut differant à φόβος, præter quam e Grammaticis diſcere eſt ex *Plat* Protag. 213. B. Lach. 254. A. VII. Legg. 628. F. quin etiam ſupra ex c. 63. princ.

Cap. LXXXV. vs. 83. Τὴν αἰτίαν —— ἀφῖχθαι. Nil quidquam in his difficile, οὐχ ἕξω ἀποδεικνύναι (n. τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι vs. 76.) τ αἰτίαν πιστὴν (quam vs. 60. dixerat αἰτίαν ἐπαληθεύουσαν) ἀλλὰ (πιστευθήσομαι, ex πιστὴ ſtructuræ ergo inde advocandum) ἢ ἐπιφέρειν (αὐτοῖς) τ ἄδικον

 ἐλευ-

ἐλευθερίαν, ἢ ἀφῖχθαι ἀσθενὴς καὶ ἀδύνατος τιμωρῆσαι τὰ πρὸς Ἀθηναίους, ἢν ἐπίωσιν. Addamus non nihil de verbis. ἐλευθερία ἄδικος est ἐλευθερία οὐκ ἀληθινὴ, ψευδὴς, δόλιος, κίβδηλος, σκολιὰ, & ut cap. seq. ἀσαφὴς ἐλευθερία. Hinc apud *D. Luc.* Euang. c. XVI. com. 10. 11. τῷ πιστῷ & ἀληθινῷ opponitur ἄδικος. vid. *Græv.* Lect. *Hesiod.* c. VI. Τὰ πρὸς Ἀθ. dictum ut L. VI. c. 56. τὰ πρὸς τοὺς δορυφόρους. Vs. 62. σφαλέντες τῆς ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πολέμου δόξης &c. i. e. *expectatione* & *opinione de bello illic* gesto *decepti, qua sperabamus fore, ut cito ac brevi sine vestro periculo Athenienses debellaremus.* Sic ἀπ' ἐλπίδος γε μὴν σφῆλαί τινα *Luc.* Demosth. Encom. c. 29. & ὁσίας ἀρετῆς ἀπεσφαλμένοι apud *Plat.* XII. Legg. 689. E.

Cap. LXXXVI. vs. 4. Οὐκ ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν νομίζω ἐπιφέρειν. De lectione Marg. Codicumque quorundam, invecta quoque contra fidem Msc. *Basil.* in *Camerar.* præfertque *Ald.* cum *Flor.* statuendum quid sit, & unde nata, dictum satis hunc ipsum ad locum. Et licet tam in *Lect. Aristæn.* quam *Diluc. Thuc.* hunc Græcismum ex *Æliano*, *Aristide*, *Hesychio* ac *Thucydide* probatum dederim; tamen, cum nunc quoque unum alterumque exem-

exemplum in schedis se offerat, adponam. *Plat.* Theæt. 127. E. de Philosophiæ dedito, τῷ ὄντι, inquit, τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ· ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα, de quibus ibi sermo, ἡγησαμένη σμικρὰ, καὶ οὐδὲν ἀτιμάσασα πανταχῇ φέρεται. *Aristid.* T. III. p. 192. ἐξαιρεῖται ἡμᾶς αἰτίας καὶ ὁ πάντα ἄριστος Ἀσκληπιὸς ψῆφον οὐκ ἄτιμον οὐδὲ αὐτὸς διδούς. Est autem Græcis σαφὴς non modo, quod omnes norunt, *manifestus*, *perspicuus*, verum etiam *certus*, *verus*, *firmus* ac βέβαιος, quocum junxit *Aristid.* T. I. p. 17. *Noster* L. VI. c. 33. πείθων γε ἐμαυτὸν σαφέστερον ἑτέρου εἰδὼς λέγειν. ubi Schol. expl. ἀκριβέστερον & ἀληθέστερον. L. I. c. 22. τῶν γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν. *Soph.* Œd. Col. vs. 650. εἰ ὁ Διὸς Φοῖβος σαφὴς, pro ἀληθὴς inquit Schol. addens *Homer.* σάφα posuisse ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς. *Xen.* VII. K. A. 589. σαφῶς ἀποθανεῖν ὑπὸ τοῦ. *Cyrill.* Lex. Msc. σαφὲς, φανερὸν, γνώριμον, ἀσφαλές. Hinc ἀσαφὴς & ἀσφαλὴς opponuntur infra c. 107. vs. 5. τὸ πλέον κρίνοντες βουλήσει ἀσαφεῖ, ἢ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ. Atque ut τὴν δουλείαν βέβαιον καταλιπεῖν scripsit *Lys.* Orat. II. p. 25. ita βέβαιον τὴν ἐλευθερίαν τῇ Εὐρώπῃ κατεργάσασθαι ibid. p. 22. & *Noster* L. VII. c. 68. βεβαιοτέραν ἐλευθερίαν παραδοῦναι. Denique uti supra c. 51. junxit πίστεις καὶ βεβαιό-

βαιότητα. sic πίςιν σαφῆ ex *Phil. Jud.* laudat *Steph.* in Thes. & apud *Aristid.* T. III. p. 246. eodem in loco ceu synonyma sese excipiunt, ἀσαφὴς, κίβδηλος atque σκολιός.

—— Vs. 10. Οἷς τε τοὺς Ἀθ. ἐγκλήμασι —— καταχτώμενοι. Ne in hoc quoque loco se quispiam fatiget, en quomodo intelligi debeat. αὐτοί τε (οἱ ὑποδείξαντες ἀρετὴν) φαινοίμεθ' ἂν ἐχθίονα (ἐγκλήματα) καταχτώμενοι, ἢ οἷς ἐγκλήμασι (pro δι' ἃ ἐγκλήματα) καταπολεμοῦμεν τοὺς Ἀθηναίους τοὺς μὴ ὑποδείξαντας ἀρετήν. Vox ἀρετὴ opposita respicit βίᾳ καὶ ἀπάτῃ, & subsequens iterum ἀπάτῃ atque βίᾳ. Tum ἐχθίονα ἐγκλήματα sunt ἐγκλήματα αἰσχίονα, quocum quasi permutat dum subjicit αἴσχιον. Similiter ἔχθιςον κακὸν apud *Eurip.* Phœn. vs. 588. quod Schol. exponunt μέγιςον, & bene notat *Valcken* posse quidem ἔχθιςον mutandum videri in αἴσχιςον, sed reperiri quoque alterum. Et ita ἐχθρότατος μόρος apud *Pind.* Nem. Od. I. vs. 98. qui αἴσχιςος ὄλεθρος supra L. III. c. 59. ut pateat de altero alterius in locum surrogando non temere cogitandum. In *Æl.* de Anim. XI. c. 11. non dubito, quin perperam ἔχθιςον legatur: vulgatur ibi, οὐκ ἦν δὲ ἄρα οὐ. ὡς τὸ ψευδὲς ἐκείνοις ἔχθιςόν ἐςι. Emendo,

do, οὐκ ᾔδειν δ' ἄρα ὢν, ὡς τὸ ψ. ἐκ. ἐθιστόν 'ἐστι; vel οὐκ ᾔδει δ' ἄρα οὗτος, (ut referatur ad τις, quod antecedit) ὡς —— ἐθιστόν 'ἐστι. V. ἀρχὴν, quod Editt. antiquas occupavit, & in Marg. habet Cod. *Cassel.* non est unius assis, nec recedit a lectione genuina Cod. *Basil.* quem heic quoque deseruit Editio.

Cap. LXXXVII. vs. 19. Καὶ οὐκ ἂν —— ξυμφέρει ὡς εἶπον. Accipio ceu scriptum legerem, καὶ οὐκ ἂν λάβοιτε μείζω βεβαίωσιν πρὸς τοῖς ὅρκοις, ἢ (n. λάβοιεν ἂν ἐκεῖνοι, sive ἢ εἶναι δεῖ, vel ἢ 'ἐστιν ἡ βεβαίωσις ἐκείνοις) οἷς τὰ ἔργα ἀναθρεψάμενα ἐκ τῶν λόγων παρέχεται δόκησιν ἀναγκαίαν, ὡς καὶ ξυμφέρει ὁμοίως ὡς εἶπον. Schol. δόκησιν ἀναγκαίαν dum expl. per πίστιν βεβαίαν, respiciebat præcedens βεβαίωσις. præterquam quod δοκεῖν de rebus minime dubiis usurpatur.

Cap. XCII. vs. 33. Ἡμῖν ἐς πᾶσαν, ἣν νικηθῶμεν, εἷς ὅρος οὐκ ἀντίλεκτος παγήσεται. *Plat.* Menex. 404. F. ἐγκρατὴς τῆς πόλεως τὰ πολλὰ τὸ πλῆθος, τὰς δὲ ἀρχὰς δίδωσι τοῖς ἀεὶ δόξασι κρατίστοις εἶναι καὶ οὐκ ἀσθενείᾳ &c. ἀπελήλαται οὐδεὶς, οὐδὲ τοῖς ἐναντίοις τετίμηται —— ἀλλὰ εἷς ὅρος ὁ δόξας σοφὸς ἢ ἀγαθὸς εἶναι, κρατεῖ καὶ ἄρχει. *Clem. Alex.* Pædag. III. c. 11. ὅρος αὐταῖς, uxoribus, 'ἐπικείσθω, ἡ πρὸς μόνους τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας φιλοτιμία. De ὅροις ac στήλαις prædiis oppignoratis apud

At-

Atticos imponi solitis vid. *Salmas.* de Mod. Usur. c. XV. Verba vs. 24. ut verti debuerint, duce Schol. docuit in Not. Cl. *Duker.*

—— Vs. 53. Κτάσθωσαν. Sæpe imperativi per δεῖ, πρέπει aut εἰκὸς ἐστιν exponi volunt. *Philostr.* Vit. Soph. p. 582. fin. γνώμη θεωρεῖσά τι μὴ ἀποκρεμαννύσθω οὐ ζητεῖ. p. 605. ἄγει με ὁ λόγος ἐπ᾽ ἄνδρα ἐλλογιμώτατον Δαμιανὸν, ὅθεν ἐξηρήσθων Σωτηροί τε καὶ Νίκανδροι. *Plat.* Phædr. 340. D. ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ σταθῆτι. i. e. *merearis, dignusve es* σταθῆναι. add. *Luc.* Pseudol. c. 15. Sequitur ἀνταγώνιστος, cujus structuram cum περὶ & Genit. in *Plat.* VIII. Legg. 649. D. haud suspectam debuisse esse *H. Steph.* in Thes. L. Gr. parebit infra ad L. VI. c. 53.

Cap. XCVI. vs. 27. Ἐν χερσὶν ἀμυνόμενοι. Variis cum verbis Græci usurpant ἐν χερσὶν, aut ἐν ταῖς χερσί. *Plat.* VII. de Rep. 481. E. ἐν ταῖς χερσὶ λαβεῖν καὶ ἀποκτιννύναι. eodem fere modo dictum ut nostra in Lingua *in handen krygen.* Theæt. p. 127. C. ἐν χειρὶ τὴν δίκην ἔχειν, *Ficinus* vertit, *sententiam manu tenere.* debebat potius, *sententiæ juris*ve *esse arbitrum.* Locutionem ἐκ χειρὸς & ἐν χερσὶν ἡ μάχη illustrat Cl. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* T. I. p. 683.

Cap. CVII. vs. 5. Τὸ πλέον κρίνοντες βουλή-

λήσει ἀταφεῖ, ἢ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ. Dicas pene, hunc ſibi locum habuiſſe propoſitum *Joſeph.* Antiq. Jud. XVII. c. 6. Sect. 3. ubi ſcribit, ὁποῖα ὄχλος φιλεῖ δόξῃ μᾶλλον ἀμαθεῖ, ἢ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ τολμᾶν.

Cap. CVIII. vs. 8. Διωθεῖσθαι. Quod exemplis jam alibi oſtendimus, Aor. ὦσαι & σῶσαι permutatum, idem accidit in *Plat.* Tim. 549. G. ubi de bile, τῇ παρ' αὐτῆς θερμότητι κρατήσασα τὰς ἶνας εἰς ἀταξίαν διέωσεν, non διέσωσεν, *ſervat*, ut vertitur. Vs. 32. Atho διώρυγμα, quæ διατομὴ *Æl.* de Anim. XIII. c. 20. ἔνθα ſcribit φαίνεται —— διατομὴ, ἣ διέταμεν τὸν Ἄθω. ita lego, pro ἡ δίαιτα μὲν τὸν Ἄ. & paulo ante, τὸ ἀπὸ Σιγείου πλέοντα ἐντυχεῖν ἐστιν.

Cap. CXVI. vs. 66. Τριάκοντα μναῖ ἐς τὸ ἱερόν. Supra c. 13. ξύλα ἐς μηχανάς. *Plat.* Crit. 560. E. δένδρα, ſeu ut emendat Cl. *Runk.* ad *Timæum* p. 135. ξύλα εἰς οἰκοδομήσεις. Vs. 49. πλοίοις καὶ ναυσὶ, quæ duo itidem diſtincta occurrunt in *Plat.* Menex. p. 405. C. Vs. 67. ut ut non magis hoc e *Thucydidis* loco deſtruendi notionem τοῦ ἀνασκευάζεσθαι probari exiſtimem, quam illo *Pauſ.* Eliac. p. 450. τοῦ Ἡραίου τῆς ὀροφῆς ἀνασκευαζομένης, ἐνταῦθα ὁμοῦ τοῖς ὅπλοις εὑρέθη (ἀνὴρ) κείμενος. tamen cum Viro Cl. *Fer. Dav.* c. XI. eam proſcribere non auſim, quia ἡ ἀνὰ per ἀνα-

λύειν exponi poteſt. Conf. Rev. *Krebſium* Obſ. in N. T. p. 229. & quæ de diverſo uſu τῆς ἀνὰ notavimus *Diluc.* p. 356. ſeq. & ad *Cattier.* p. 65.

Cap. CXXV. vs. 99. Ἰδεῖν. *Plat.* Protag. 195. C. Πρωταγόραν δεόμενοι ἰδεῖν ἤλθομεν. *Xen.* II. K. A. p. 151. ἠρώτησεν ἄνθρωπός τις τοὺς προφύλακας, ποῦ ἂν ἴδοι Πρόξενον. eodemque *conveniendi colloquendi*que ſenſu ſumit *Hoelzlin.* in *Apollon. Rhod.* L. I. vs. 175.

Cap. CXXVI. vs. 26. Οἵγε μηδὲ ἀπὸ πολιτειῶν τοιούτων ἥκετε, ἐν αἷς οὐ πολλοὶ ὀλίγων ἄρχουσιν, ἀλλὰ πλειόνων μᾶλλον ἐλάσσους. Senſum hæc fundere, quem citra ullam correctionem eſſe vidit *Acacius* & *Dukerus*, oſtendiſſe mihi videor in *Diluc.* ἀλλὰ accepto pro καὶ, ut apud *Herodot.* III. c. 151. τί κάθησθε ἐνταῦθα, ὦ Πέρσαι, ἀλλ' οὐκ ἀπαλλάσσεσθε. L. IX. c. 6. μεμφόμενοι ὅτι περιεῖδον ἐμβαλόντα τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἀλλ' οὐ μετὰ σφέων ἠντίασαν. *Plat.* Lach. 248. C. ἐπιστήμῃ δεῖ κρίνεσθαι, ἀλλ' οὐ πλήθει, τὸ μέλλον καλῶς κρίνεσθαι. Jungat cui lubet ibid. mox iterum, ubi interpres vertit, *potius quam.* & ſic I. de Rep. 417. B. *Philoſtr.* Vit. Ap. L. I. p. 46. Sed &, ſervato verborum ordine, eundem ſenſum reddent, modo pro οὐ πολλοὶ ſcriptum fingas, ὀλίγοι, ut οὐχ ἧσσον pro

pro μᾶλλον L. I. c. 82. vs. 61. & μὴ οὐχ ἧσσον, ἀντὶ τοῦ μὴ μᾶλλον L. VI. c. 78. ita habebis, ἐν αἷς ὀλίγοι ὀλίγων ἄρχουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλάσσους πλειόνων.

—— Vs. 61. Οἱ δ᾽ ἂν εἴξωσιν αὐτοῖς κατὰ πόδας &c. Exemplo esse potest hic locus, quantilla res tenebras sæpe offundat interpreti, impediatque, ne sensum percipiat, quem interim attendenti ipse sæpe monstrat auctor. Omnes scil. adhæserunt huc usque frequentiori usui locutionis, κατὰ πόδας, *e vestigio*, παρ᾽ αὐτὰ, immemores alterius, qui hujus est loci, pro *pedetentim*. *Hesych.* κατὰ πόδα, παρ᾽ αὐτὰ, κατὰ τάξιν ἢ ὀπίσω. ita leg. pro κατ᾽ ἀξίαν. *Suid.* & *Cyrilli* Lex. Msc. κατὰ πόδα, παρ᾽ αὐτὰ, κατὰ τάξιν. *Gloss. Vet.* κατὰ πόδας, *e vestigio*, *pedatim*. Idem hic ergo εἴκειν κατὰ πόδας, quod vs. 56. κόσμῳ καὶ τάξει ὑπαγαγεῖν. nec Schol. exponere debuerat φεύγειν, sed ut ad vs. 53. εὐκόσμως (aut μετ᾽ εὐταξίας, vel ut laudati Grammatici, κατὰ τάξιν) ὑποχωρεῖν. Vid. cap. seq.

Cap. CXXXIII. vs. 10. Vocabulum ἡμετέρειος, quod hujus occasione loci *Anaxandridæ* restitui, etsi in *Steph.* Thes. Indice non compareat, mentio tamen ejus fit V. ἀβελτέρειος, & apud *Eustath.* Odyss. Γ. p. 128. vs. 38.

A D

LIBRUM QUINTUM.

Cap. IV. vs. 69. Ἀπολιπόντες ἐκ τ̃ Συρακουσῶν &c. Eadem brevitate, de qua in *Diluc.* ſcriptum illud *Arriani* de Venat. c. 17. de leporibus, βιάζονται εἰς τὰ πεδία. *Pauſ.* Ach. ἐς τὸ ἐκτός. *Xen.* III. K. A. p. 251. ſeq. ἁμιλλᾶσθαι εἰς, & ἐπὶ τὸ, ut *Plat.* VIII. Legg. 643. E. δικάζεσθαι πρὸς τοὺς ibid. 649. E. ἁλῶναι εἰς V. de Rep. 463. fin. τὸν ζῶντα εἰς τοὺς πολεμίους ἁλόντα δωρεὰν διδόναι. *Xen.* I. Hellen. p. 252. vs. 32. γράμματα ἐς Λακεδαίμονα πεμφθέντα ἑάλωσαν ἐς Ἀθήνας. ſupple ibi ἐλθόντα καὶ, ante ἁλόντα. in *Xenophonte* tantum ἐλθόντα poſt ἑάλωσαν. Expreſſit quod apud *Thuc.* intelligitur *Xen.* VII. K. A. 559. οἱ δὲ ἐκλιπόντες ἔφευγον εἰς τὰ ὄρη. Hinc patet, Græcum æque eſſe, ἱκετεύειν πρὸς ἱερὰ, atque ἱεροῖς, accuſativo pendente ab eadem ellipſi. Imitatumque hoc dicas *Liv.* L. 38. c. 43. ubi *precari & ſupplicare ad.* In *Herodot.* IV. c. 78. οἰκία ἐδείματο, Scyles, καὶ γυναῖκα ἔγημε ἐς αὐτά. pro ἔγημε καὶ ἤγαγε. In ἀποσφάζουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐς ἄγγος apud eundem L. II. c. 62. & εἰς φρέατα κολυμβᾶν,

βῶν, supplendum quid sit, ostendunt qui Schol. vetus ad *Eurip.* Phœn. vs. 1116. & *Jerem.* c. 48. com. 7. interpolarunt, ut præclaro id observat Cel. *Valcken.* p. 731. vid. & doctissimi *Krebsii* Observ. ad *Marc.* c. I. com. 9. *Thom. Gatak.* Adverſ. Poſt. c. 31. *Hemſterh.* Not. ad *Ariſt.* Plut. p. 456.

Cap. VI. vs. 5. Σταγείρῳ μὴ προσβάλλει, καὶ οὐχ εἷλεν. Pro οὐχ εἷλε δέ. *Pauſ.* Ach. p. 543. παρὰ Ῥωμαίων εὕρετο εἰρήνην, δεήσεσι μὲν παντοίαις, καὶ δαπάναις χρημάτων μεγάλαις. Vs. 9. ἄξοντα, quod malebat *Camerar.* habet Cod. *Baſil.*

Cap. VIII. vs. 56. Καθαρόν. Non modo *purum* quid notat, & *non permixtum*, ſed quoque *manifeſtum*, σαφές. cui hinc junctum in *Ariſtid.* T. II. p. 145. ἐν ταῖς δυστυχίαις ἀγνωμοσύναι σαφῆ καὶ καθαρὰν τὴν μέμψιν ἐργάζονται. *Plat.* Menex. 407. E. καθαρὸν τὸ μῖσος ἐντέτηκε. quæ phraſis ſine illo adjuncto etiam apud *Soph.* Electr. vs. 1422. & μῖσος καὶ ἔχθρα ἐντέτηκεν *Æl.* de Anim. I. c. 32. *Heſych.* καθαρῶς, σαφῶς, ἀκριβῶς. vid. in V. *Steph.* Theſ.

Cap. IX. vs. 8. Καὶ τῇδε ὑμῖν τῇ ἡμέρᾳ (νομίσατε) ἢ &c. Ut ſenſus, quem dedit verſio, pateſcat, ordinanda ſunt verba: καὶ (νομίσατε) ἢ ἀγαθοῖς γενομένοις ὑμῖν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἐλευθερίαν τε ὑπάρχειν, καὶ κεκλῆσθαι

 ξυμ-

ξυμμάχοις Λακεδαιμονίων, ἢ (κακοῖς καὶ δειλοῖς γενομένοις, quod reticuit,) ἣν ἄνευ ἀνδραποδισμοῦ ἢ θανατώσεως τὰ ἄριστα πράξητε (ὑπάρχειν ὑμῖν κεκλῆσθαί) τε δούλοις Ἀθηναίων, καὶ δουλείαν χαλεπωτέραν (ὑπάρχειν ὑμῖν, aut etiam ex εἴχετε, ἕξειν ὑμᾶς) ἢ πρὶν εἴχετε. Vs. 91. τὴν διάνοιαν ἔχουσι τοῦ —— Locutio, τὴν διάνοιαν λαβεῖν πρός τι, quæ habetur apud *Charit.* L. II. p. 32. vs. 19. & de qua *Diluc.* p. 351. forsan subsistat, πρὸς accepto pro περὶ *de*, *circa*, de quo usu *Periz.* ad *Æl.* XII. c. 64. & *Wesseling.* in *Diod. Sic.* T. I. p. 719. vs. 25. Similiter *Plat.* Conv. p. 320. D. ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι πρὸς ἀρετήν. *Attici Plat.* est apud *Euseb.* Præp. Euang. L. XV. c. 6. p. 803. B. ἐπιλογισμὸν λαμβάνειν τοῦ ——

Cap. XV. vs. 49. Ἦσαν γὰρ οἱ. *Plat.* Alcib. II. p. 40. F. & 41. C. εἴ γε μὴ προσθείημεν τὴν ἔστιν ὧν τε ἄγνοιαν, καὶ ἔστιν οἷς καὶ ἔχουσί πως ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐ κακόν. II. Legg. 577. A. μηδὲ ὂν τι ἔσθ' ἥντινα βλάβην φέρον. *Arrian.* de Venat. c. 7. εἰ δὲ ἔστιν ὡς κύνας εὕροις ἄν. Sed & οἳ leg. pro οἱ *Luc.* c. VIII. com. 14. οὗτοί εἰσιν, οἳ ἀκούσαντες καὶ —— πορευόμενοι συμπνίγονται. Ut com. seq. οὗτοί εἰσιν οἵτινες —— ἀκούσαντες —— κατέχουσιν. articulum contra revocem in *Eurip.* Herc. Fur. vs. 635. χρήμασι δὲ διάφοροι, ἔχουσιν οἱ δ' οὔ. & *Æsch.*

Æsch. Eum. vs. 7. δίδωσιν δ' ἡ, non οἱ & ἣ, ut editur.

Cap. XVI. vs. 74. Οὐδὲν σφῆλας τὴν πόλιν διεγένετο. Agit hoc de verbo *Bud.* in Comm. p. 1055. & ex eo *H. Steph.* in Thes. *evadendi*que notionem, addita præpositione ἐκ, *Synesii* probant exemplo. qua omissa *Aristid.* T. III. p. 732, διαγέγονα σχολάζων μαθήμασι καὶ λόγοις, ὅσα μὴ χρεία σώματος διεκώλυσεν· ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων διεγιγνόμεθα. ubi Cod. *Bar.* ἐν τούτοις, & *Cant.* Cur. Sec. τούτοις. Vid. Auctarium Not. in *Aristæn.* Epist. p. 45. *Vitam tolerandi* significatio convenire videtur *Plat.* in Tim. 554. B. μετὰ τὸν κατακλυσμὸν περὶ Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας, ὡς διεγένοντο, μυθολογεῖν. Locutionem σπεύδειν τὸ καὶ τὸ affatim declarant Philol. ad *D. Petri* Ep. II. c. III, 12.

Cap. XVIII. vs. 84. Μεταθεῖναι. Quasi explicari per προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν dixi. quæ tria eodem in *Æschinis* loco apud *Plut.* T. II. p. 39. C. ubi προσθεῖναι τοῖς λελεγμένοις, ἢ μεταθέσθαι καὶ ἀφελεῖν. Frequentat μεταθέσθαι *Plato.* Vid. X. Legg. 666. C. 668. C. 672. A. Lach. 254. D. Gorg. 300. B. Syntaxis cum præpositione ἀπὸ communis ei cum μετανοεῖν, de quo *Gatak.* Advers. Post. c. 31. Add. c. 29. p. 741. A. & *Clem. Alex.* II. Strom. p. 371. A. 'A-

γα-

ναθέσθαι, præterquam locis jam adhibitis, occurrit in *Plat.* Protag. 211. E. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ait ἀναθέσθαι ἔξεστιν, εἴ πη ἔχετε ἄλλο τι φάναι. Charm. 240. C. ἐκείνων ἂν τι ἔγωγε μᾶλλον ἀναθείμην, καὶ οὐκ αἰσχυνθείην, ὅτι μὴ οὐχὶ ὀρθῶς φάναι εἰρηκέναι μᾶλλον, ἢ &c. Hinc recte *Suid.* ἀνατίθεμαι expl. per ἀθετῶ. Medium ἀναθέσθαι *dedicandi* sensu ut non inusitatum ostendimus, sic θέσθαι in *Antipatri* Epigr. *Anthol.* L. I. c. 3. No. 2. Conf. *Diod. Sic.* L. I. c. 14. cum Not. *Wesselingii.* Vox activa placuit *Xen.* V. K. A. 375. *Plat.* XI. Legg. 677. L. XII. p. 686. F. *Herodot.* VII. c. 54. ἀνατεῖναι pro co-leg. in *Chrys.* Op. T. VI. p. 577. A. τὴν ψυχὴν ἀνατεῖναι πρὸς τὸν δεσπότην. idem T. III. p. 316. D2. ὅλον δι' ὅλου πρὸς τὸν Θεὸν τετάσθαι. Add. *Epictet.* L. III. c. 24. & *Timæi* Lex. V. ἀνατείνας τὴν ψυχὴν, cum *Rhunken.* Not.

Cap. XXI. vs. 28. Μετακινητή. Eadem virtute ἄκτητος & κτητὸς in *Plat.* Hipp. Min. p. 234. E. cujusmodi exemplum e sermone communi *Psochenio* producendum fuisse, contendit requiritque *Gatakerus* de St N. J. c. 21. Conf. *Gell.* L. II. c. 6. super *Virgilii* illo, *illaudati Busiridis aras* disputantem.

Cap. XXIV. vs. 24. Quæ hic notavimus de præpositione πρὸ ex abundan-

danti Comparat. & Superlat. πρότερον ac πρῶτον comitante, addi poterit *Plat.* Crat. p. 264. G. πρὸ πάντων θεῶν τῇ Ἑστίᾳ πρώτῃ προθύειν. *Ant. Lib.* c. 29. extr. πρὸ Ἡρακλέους ἑορτῇ θύουσι Γαλινθιάδι πρώτῃ.

Cap. XXVI. vs. 31. Αἰσθανόμενός τε τῇ ἡλικίᾳ καὶ προσέχων τὴν γνώμην, ὅπως ἀκριβές τι εἴσομαι. Discrimen, quod inter αἰσθάνεσθαι & αἰσθέσθαι memorat *Suidas*, cum ipse non perpetuum esse doceat, exempla in contrarium adferre nolo. Schol. illustrat per παρακολουθεῖν, ut mox iterum ad vs. 36. Ad animum translatum pro *perscrutari*, *intelligentia assequi*, cum dativo rei abunde obvium, ut ad *Luc.* c. I. com. 3. παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, multis ostenderunt Philologi. Eodem cum personæ casu *Arist̄id.* T. I. p. 528. οὕτω παρηκολούθουν ἐμαυτῷ, ὥσπερ ἂν ἄλλῳ τινὶ καὶ ᾐσθανόμην ὑπολείποντος αἰεὶ τοῦ σώματος, ἕως εἰς τοὔσχατον ἦλθον. Cujus loci mens ut probe percipiatur, antecedentia attendi volunt. *Procop.* II. B. V. c. 7. παρακολουθεῖν ἐξ ἀρχῆς ἅπασιν. & II. B. P. c. 3. ἅπασι τοῖς πεπραγμένοις.

Cap. XXIX. vs. 85. Δημοκρατουμένην πόλιν. *Plato* IX. Legg. 503. E. ὅτε ἦν αὐτὸς ἔτι ὑπὸ νόμοις τε καὶ πατρὶ δημοκρατούμενος ἐν ἑαυτῷ· τυραννευθεὶς δὲ ὑπὸ Ἔρωτος. lego

mutata distinctione, ἐν ἑαυτῷ δὲ τυρ. ὑπὸ Ἐρ.

Cap. XXX, vs. 21. Ἐσιόντες. *Incedendi* significatione *Plat.* Conv. 316. B. ubi Aristodemus interrogatus, ἀλλὰ Σωκράτη ἡμῖν πῶς οὐκ ἄγεις; respondet, ὄπισθεν ἐμοῦ ἄρτι εἰσῄει. pro eo προσέρχεσθαι I. de Rep. princ. οὗτος ὄπισθεν προσέρχεται.

Cap. XXXIV. vs. 25. Ἀτίμους ἐποίησαν, ὥστε μήτε ἄρχειν, μήτε πριαμένους τι ἢ πωλοῦντας κυρίους εἶναι. *Plat.* XI. Legg. 682. A. ὁ ὀφλὼν τοῦ λοιποῦ ἄκυρος ἔστω τῆς αὐτοῦ καὶ τὸ σμικρότατον διατίθεσθαι. Cum Participio L. XII. p. 692. fin. περὶ τελευτήσαντας ὅσα προσήκει τελεῖσθαι τοὺς ἐξηγητὰς γίγνεσθαι κυρίους φράζοντας.

Cap. XXXVI. vs. 87. Τὸ Πάνακτον ἐδέοντο Βοιωτοὺς ὅπως παραδώσουσι. Syntaxis accommodata infinitivo παραδοῦναι, non τῷ ὅπως παραδώσουσι, quod requirebat, τὸ Πάνακτον ἐδέοντο Βοιωτῶν, aut ὅπως Βοιωτοὶ —— Usitata loquendi consuetudine mox c. 39. vs. 54. ἦλθον ἐς τοὺς Βοιωτοὺς καὶ ἐδέοντο σφίσι Πάνακτον παραδοῦναι. Supra L. III. c. 51. ἐβούλετο Νικίας τὴν φυλακὴν αὐτόθεν δι' ἐλάσσονος εἶναι· τούς τε Πελοποννησίους ὅπως μὴ ποιῶνται ἔκπλους αὐτόθεν λανθάνοντες. ubi exempla producta Viro Cl. præter unum *Comici* Av. vs. 1269. huc non pertinent.

Re-

Referenda ſunt, de quibus hic agimus, ad Syneſin.

CaP. XLIII. vs. 52. Ἐξέλωσι. Revocandum hoc verbum in *Plat.* Protag. 197. B. & leg. ἐάν τις ἄλλος ἐπιχειρῇ αὐτοῖς συμβουλεύειν, ὃν ἐκεῖνοι μὴ οἴονται δημιουργὸν εἶναι —— θορυβοῦσι, ἕως ἂν ἢ αὐτὸς ἀποστῇ, ἢ οἱ τοξόται αὐτὸν —— ἐξαιρῶνται, non ἐξαίρωνται. *Ficinus* vertit, *transfigant. Suidas*, ἐξαιροῦσιν, ἐκβάλλουσιν. & ita ἐξελεῖν τὴν φρουρὰν, apud *Pauſ.* Bœot. p. 724. In Schol. ut πυστοὶ ſubſtituendum vidimus τῷ πιστοὶ, ſic hoc contra Codd. auctoritate reſtitui debet *Xen.* I. K. A. p. 57. pro πλείστων, quod vulgabatur prius, cui *Hutchinſ.* ex conjectura alterum ſubſtituit. Ipſe *Xen.* p. 74. Παταγύας ἀνὴρ Πέρσης, τῶν ἀμφὶ Κῦρον πιστῶν προφαίνεται ἐλαύνων.

Cap. XLVI. vs. 33. Ἐφοβεῖτο μὴ πάντα ἀτελῆ ἔχων ἀπέλθῃ. Ut ἀτελὴς in *Plat.* Conv. 318. A. Ὀρφέα ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ ᾅδου. & Phædr. 345. E. ἀτελεῖς τῆς τοῦ ὄντος θέας ἀπέρχονται. Pro οὐ τέλεον, aut οὐ τετελεσμένον, *imperfectum*, *ætatem non ferens*, eſt in Tim. p. 544. D. ἵνα μὴ φθορὰ διὰ νόσους ὀξεῖα γίγνοιτο, καὶ ἀτελὲς τὸ γένος εὐθὺς τὸ θνητὸν τελευτῴη. Si ἀτενὲς legeretur, eſſet παντελῶς, παραχρῆμα, ut inter alia expl. *Suid.* & occurrit in *Epicharmi* fragm.

apud *Athen.* L. VII. p. 277. F. πρωῒ ἀτενὲς ἀπ' ἀοῦς.

Cap. XLVII. vs. 79. Ἐπὴν ἔλθῃ. Nempe ἡ βοήθεια, ex βοηθοῦσιν adſumendum, ut bene vidit *Æm. Port.* Simili modo τῇ κορύζῃ ex κορυζῶντα in αὐτῇ intelligitur apud *Plat.* I. Legg. 416. D. σπένδειν ex σπονδὴ apud *Pauſ.* Eliac. p. 415. fine, μόναις δὲ ſcribit ταῖς νύμφαις οὐ νομίζουσιν οἶνον. Vid. inter alios, qui parilia exempla obſervarunt, Cl. *Valcken.* ad *Eurip* Phœn. p. 9. Vs. 93. ὀμνύναι κατὰ τῶν ἱερῶν, ut εὔξασθαι κατὰ ἑκατόμβης *Plut.* T. II. p. 294. B. quod non debebat inſolens videri *Xylandro. Pauſ.* Arcad. 653. ἐπεύχεσθαι κατὰ ἱερείων. ubi *Kuhn.* Conf. iterum *Valcken.* ad Schol. *Eurip.* p. 769. & Cl. *Jac. de Rhoer.* Fer. Daventr. p. 218.

Cap. L. vs. 75. Τῶν ῥαβδούχων. Junguntur ῥαβδοῦχος ἐπιστάτης & πρύτανις in *Plat.* Protag 204. F. In ſeqq. aliquoties mentio tantum ἐπιστάτου ac βραβευτοῦ.

Cap. LV. vs. 49. Οὐκ ἔφη τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις ὁμολογεῖν. Variis modis hoc ſolent effere ſcriptores. L. II. c. 42. ἰσόρροπος ὁ λόγος τῶν ἔργων. *Plut.* T. II. p. 84. B. τοὺς λόγους μὴ λόγους ἐᾷν ἀλλὰ πράξεις ποιεῖν. *Herodot.* VIII. c. 107. ποιέειν τοῖσι λόγοισι τὰ ἔργα ὁμοῖα. *Theoph. Sim.* L. II. c. 18. ἐπιθέ-

θέαῶ τ̃ πρᾶξιν τοῖς λόγοις. *Plat.* Lach. 249. fin. θεώμενος ἅμα τόν τε λέγοντα, καὶ τὰ λεγόμενα ὅτι πρέποντα ἀλλήλοις καὶ ἁρμόττοντά ἐστι. Inde haud longe οὗ ὁ βίος σύμφωνος τοῖς λόγοις πρὸς τὰ ἔργα. p. 252. A. τὰ ἔργα οὐ συμφωνεῖ ἡμῖν τοῖς λόγοις. *Eurip.* Phœn. vs. 505. οὐδ' ὅμοιον οὐδὲν, οὔτ' ἴσον βροτοῖς πλὴν ὀνομάσαι, τὸ δ' ἔργον οὐκ ἔστι τόδε. Conf. quæ *Gatak.* ad *M. Anton.* p. 147. a F. 293. & 301. Verbo ἐνθεῶ quo oſtendi modo uſus Schol. *Eurip.* Phœn. vs. 709. p. 265. & 692. imo quoque *Æl.* de Anim. XI. c. 3. intactumque relinquere debuerat *Geſner.* En verba, τοὺς σωφρόνως, καὶ ὡς πρέπει —— παριόντας εἰς τ̃ νεὼν —— οἶδε (οἱ κύνες) σαίνουσι καὶ αἰκάλλουσι, οἷα δὴ φιλόφροσιν ἐνθέμενοι.

Cap. LXV. vs. 76. Τῆς ἀναχωρήσεως ἐπαιτίου ἀνάληψις. Apud *Philoſtr.* Heroic. II. Sect 6. Plutarchus pugil διψῶν σπᾷ τοῦ ὕδατος, ὁ ἀνειλήφει τὰ περὶ τοῖς πήχεσι κώδια. *M. Anton.* L. IV. §. 14. ἐναφανισθήσῃ τῷ γεννήσαντι· μᾶλλον δὲ ἀναληφθήσῃ εἰς τ̃ λόγον αὐτοῦ τ̃ σπερματικὸν κατὰ μεταβολήν.

Cap. LXX. fin. Προσόδοις. *Herodot.* L. VII. c. 223. πρόσοδον, & mox ibid. ἔξοδον ποιεῖσθαι, non ποιεῖν, ut *Plutarchus* aliique recentiores. Vid. *Krebſii* Obſ. ad *Marc.* c. II, 23. *Theoph. Simoc.* eſt L. VII. c. 4. πολλὴν διαπεποιηκότες πορείαν.

Cap. LXXIX. vs. 67. Κοινᾶν ἐόντων. Inventæ lectionis veræ laus competit Cl. *Valckenario*, ſub unam vocem revocanti κοινανεόντων, Not. in *Eurip.* Phœn. p. 65. Modus iſte formandi tertiam pluralem imperativi nonniſi in participiis obtinet, quorum Genit. numero multitudinis terminatur in άντων, έντων & όντων, & hinc non aliis in temporibus Paſſivis, quam aoriſtis obſervatur. *Plat.* V. Legg. 608. G. πεντάκις μὲ χίλιοι ἔςωσαν, γῆ δὲ καὶ οἰκήσεις ὡσαύτως τὰ αὐτὰ μέρη διανεμηθέντων. Ubi & διανέμειν μέρη, non εἰς μέρη, ut nusquam aliter *Plato.* Vid. Pag. 62. C. 352. E. 609. A. B. E. 536. B. 561. E. 592. F. & *Herodot.* VII. c. 121.

Cap. XC. vs. 48. Ἐκτὸς τοῦ ἀκριβοῦς. Legendum videri ex Codd. fere omnibus & Editt. priſcis ἐντὸς, dixi in *Diluc.* Cujus vis atque uſus non aliunde facile clarius pateſcit, quam ex iſto *Plat.* XII. Legg. 691. A. ἐγγύην, ἣν ἄν ἐγγυᾶταί τις, διαῤῥήδην ἐγγυάσθω ἐναντίον μαρτύρων μὴ ἔλαττον ἢ τριῶν, ὅσα ἐντὸς χιλίων· τὰ δὲ ὑπὲρ χιλίας, μὴ ἔλαττον ἢ πέντε. Ubi ἐντὸς χιλίων idem, quod ἕως & κατωτέρω χιλίων. *Matth.* c. II, 16. παῖδες ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. *Pauſ.* Lacon. p. 206. ἀνεψιῶν παῖδες καὶ οἱ κατωτέρω. *Æl.* V. H. III. c. 17. ἔτι κά-

κάτω τοῦ χρόνου. X. de Anim. c. 21. οἱ κάτω τοῦ χρόνου γεγενημένοι. & XI. c. 10. ὀψὲ καὶ κάτω γενέσθαι. Eadem ratio Lat. *intra* & *infra*, quorum de discrimine accurate disputat Cl. *Jac. de Rhoer. Fer. Dav.* p. 45. seq.

Cap. CIII. vs. 25. Τοῖς ἐς ἅπαν τὸ ὑπάρχον ἀναῤῥιπτοῦσι. *Pauf.* Lac. 218. Λακεδαιμόνιοι μὲν δὴ παρακινδυνεύειν ὥρμηντο, Ἀρεὺς δὲ ταμιεύεσθαι τὴν ἀπόνοιαν ἐς τὰ οἰκεῖα ἠξίου, καὶ μὴ ἀφειδῶς ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀναῤῥίψαι.

Cap. CVII. Notio, quam ἡ περὶ exerit in περιΐστασθαι apud Schol. ad vs. 75. est τοῦ ἀπὸ vel ἐξ, ut in aliis, veluti in περιαιρεῖν, περιφεύγειν, περιδῦσαι, de quibus *H. Steph.* in Thes. & *Gatak.* de St. N. I. p. 16. F. in περισπᾶν. *Justin. Mart.* Dial. cum Tryph. Jud. p. 219. B. διδαχθεὶς ἃ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν περισπάσει. in περικόπτειν & περικοπὴ ibid. 298. A. ἀπὸ τοῦ διὰ Ἱερεμίου ταῦτα περιέκοψαν. tum ἡ περικοπὴ ἡ ἐκ τῶν λόγων τοῦ Ἱερεμίου. quod mox ibid. ἐκκόψαι & ἀφελέσθαι ἀπό. Recte eidem p. 299. B. ex Cod. *Rob. Steph.* restituendum vidit *Sylburg.* περιέγραψαν τι ἀπὸ τῶν γραφῶν, pro vulgato παρέγραψαν. Sed miror, virum doctum eandem medelam non adhibuisse p. 297. E. ubi itidem male, εἰπὲ τίνας ὧν λέγεις τέλεον παραγεγράφθαι γραφῶν. nam præcedit, πολλὰς γραφὰς τέλεον περιεῖλον ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεων. nec non p. 310. C.

ὑμεῖς

ὑμεῖς δὲ καὶ ἐν τούτοις παραγράφειν τὰς ἐξηγήσεις τολμᾶτε. *Declinandi* ac *fugiendi* significationem τοῦ περιΐστασθαι si intendit *Herodianus* in fragm. auctius quidem vulgato in Calce *Moer. Atticist.* p. 477. at vel sic adfecto, ἐξίστασθαι λέγουσι τὸ δὲ περιΐστασθαι, οὐχ ὅμοιον τὸ ἐκστῆναι· τὸ γὰρ περιστῆναί ἐστι πέριξ στῆναι. omisere forsan scribæ, quæ erant repetenda, dederatque Grammaticus, ἐξίστ. λέγ. καὶ τὸ περιΐστασθαι. οὐχ ὁμοίως δὲ περιστῆναι, ὡς τὸ ἐκστῆναι· τὸ γὰρ περιστῆναί ἐστι πέριξ στῆναι. vel ἐξίστ. λέγουσι τὸ φεύγειν καὶ περιΐστασθαι· οὐχ ὁμοίως δὲ περιστῆναι, ὡς τὸ ἐκστῆναι &c. quanquam apud *Charit.* L. I. p. 18. vs. 17. legimus, περιέστημεν τὴν πόλιν. idemque tempus alibi quoque, nec si fallit memoria, apud *Porphyrium* se mihi obtulisse memini.

Cap. CXI. vs. 9. Ὑμῶν τὰ ἐλπιζόμενα μέλλεται. *Xen.* III. K. A. p. 203. ἀνέστη, ὡς μὴ μέλλοιτο ἀλλὰ περαίνοιτο τὰ δέοντα. Vs. 24. γῆ ὑποτελής. ut τὰ Ἱεροσόλυμα ὑποτελῆ φόρου Ῥωμαίοις. apud *Joseph.* Ἀρχ. XIV. c. 4.

Cap. CXIII. vs. 50. Τὰ ἀφανῆ τῷ βούλεσθαι ὡς γιγνόμενα ἤδη θεᾶσθε. *Dion. Hal.* de *Thuc.* Idiom. p. 153. ἃ γὰρ ἕκαστος εἶναι βούλεται περὶ τὸ φιλούμενόν τε καὶ θαυμαζόμενον ὑφ' ἑαυτοῦ, ταῦτα οἴεται. Vs. 30. μιᾶς πέρι καὶ ἐς μίαν βουλήν. Prætermisso nomine *Æl.* de Anim. V. c. 9. εἰς μίαν νοεῖν καὶ τὴν αὐτήν.

Cap. CXV.

Cap. CXV. vs. 74. Ὅσα πλεῖστα ἐδύναντο χρήμασι. Nomine χρημάτων quæ veniant Græcis, docet inter alios Auctor Dial. *Eryx*. p. 745. C. ὅσα, ait, τυγχάνει χρήσιμα ὄντα ἡμῖν, ταῦτα χρήματα. add. quæ ibi sequuntur, & p. 746. A. Illud *Plat.* VII. Legg. 634. F. εἰς τινα μίαν οἴκησιν ξυμφορήσαντες τὸ λεγόμενον, πάντα χρήματα, παρέδομεν ταῖς γυναιξὶ διαταμιεύειν. inter Proverbia retulisse videtur *Apostolius* Cent. XV. No. 77. ubi πάντα χρήματα dictum perhibet, ἐπὶ τῶν συγκεχυμένων πραγμάτων. Simile πάντα χναύματα apud *Zenob.* Cent. V. Prov. 73. qui addit, τὸ δὲ πᾶν χναῦμα σημαίνει οἷον, πᾶν πρᾶγμα.



A D

LIBRUM SEXTUM.

Cap. I. vs. 13. Ἐν εἴκοσι σταδίων μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται τὸ μὴ ἤπειρος εἶναι. Non disparilis est locus *Herodot.* L. I. c. 174. ἀργμένης (τῆς χώρης) ἐκ τῆς Χερσονήσου —— ἐούσης τε πάσης τῆς Κνιδίης, πλὴν ὀλίγης, περιῤῥόου· τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς —— ὁ Κεραμεικὸς κόλπος ἀπείργει. Conf. ex eodem *D'Orvill.* ad *Charit.* VII. p. 116. vs. 26. προσξυνοικεῖν vs. 31. est inter omissa in *Steph.* Thes.

Cap. IX. vs. 26. Τὰ τῆς πόλεως βούλοιτο δι' ἑαυτὸν ὀρθοῦσθαι. *Plat.* Lach. 246. F. ἀνὴρ οὐ μόνον τὸν πατέρα, ἀλλὰ καὶ τὴν πατρίδα ὀρθῶν. & ſtatim ibid. εἰ ἄλλοι ἤθελον τοιοῦτοι εἶναι, ὀρθὴ ἂν ἡμῶν ἡ πόλις ἦν, καὶ οὐκ ἂν ἔπεσε τοιοῦτον πτῶμα. Vs. 28. παρὰ γνώμην, ut L. I. c. 70. III. c. 12. & IV. c. 19.

Cap. X. vs. 54. Πρὸ πολλῶν ἐτιμήσαντο. *Plat.* Apol. Socr. 364. A. πρὸ τῶν κακῶν, ὧν οἶδα ὅτι κακά ἐστιν, ἃ μὴ οἶδα, εἰ ἀγαθὰ ὄντα τυγχάνει, οὐδέποτε φοβήσομαι, οὐδὲ φεύξομαι. p. 363. F. μηδὲν ὑπολογίζεσθαι πρὸ τοῦ αἰσχροῦ. quod paulo ante, τοῦ κινδύνου καταφρονεῖν παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομεῖναι. In verbis ultimis hujus cap. τὸ ἑξῆς· μέλλομεν δὲ ἔτι ἀμύνεσθαι αὐτοὺς, ὑφ' ὧν ἀφεστώτων πάλαι ἀδικούμεθα. ut bene interpres intellexit, Aut ſi αὐτῶν teneatur, μέλ. δὲ ἔτι ἀμ. (αὐτοὺς) ὑφ' ὧν αὐτῶν ἀφ. πα. ἀδ. *a quibus ipſis injuria* nos *pridem afficimur.*

Cap. XI. vs. 90. Ἤδη καὶ Σικελίας ἐφίεσθε. Ut τὸ ἄχρηστον lectionis alterius ἐφίεσθαι pateat, verba ſuo ſtructuræ ordine adſcribenda ſunt. ὅπερ νῦν ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς (αὐτῶν) ξυμμάχους πεπόνθατε, καταφρονήσαντες (αὐτοὺς) διὰ τὸ παρὰ γνώμην περιγεγενῆσθαι αὐτῶν (ἐκείνοις) πρὸς ἃ ἐφοβεῖσθε (αὐτοὺς) τὸ πρῶτον, ἤδη καὶ Σικελίας ἐφίεσθε. Ita omnia recte ſupplevit atque intellexit interpres. Vs. 96. τὸ σφέτερον

ἀπρε-

ἀπρεπὲς εὖ θήσονται. *Plato* X. de Rep. 514. G. ὥσπερ ἐν πλώσει κύβων πρὸς τὰ πεπλωκότα τίθεσθαι τὰ αὐτῦ πράγματα. Hinc usus defluxit tropicus, de quo Anim. ad *Æsch.* L. I. p. 231. II. p. 249. & larga manu Cl. *Hemsterh.* ad *Luc.* T. I. p. 485. seq. De Proverbio τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν & εὖ θέσθαι *Gatak.* ad *M. Anton.* p. 171.

Cap. XII. vs. 15. Νεώτερος ἔτι ὢν ἐς τὸ ἄρχειν. *Plat.* Protag. 195. B. ἡμεῖς γὰρ ἔτι νέοι, ὥστε τοσῦτον πρᾶγμα διελέσθαι.

Cap. XIII. vs. 25. Παρακελευστὰς. Eam esse horum verbalium indolem, ut tam active, quam passive usurpentur, jam monuimus in *Diluc.* & supra alicubi; adfirmatque *Æl.* de Anim. L. III. c. 32. τὰ μὲν γὰρ τῶν ζώων ἐστὶ δάκετα, καὶ ἐνίησιν ἀπὸ τῦ ὀδόντος φάρμακον· βλητὰ δὲ, ὅσα παίσαντα τοιῦτον κακὸν ἐνίησι. *Hesych.* pro βλητοὶ dederat, opinor, βλῆτρα. comparativus ὑβριστώτερος extat itidem in *Plat.* I. Legg. 571. E. *Xen.* V. K. A. 433. Superlat. p. 440. *Plat.* VII. Legg. 635. G.

Cap. XVI. vs. 10. Προσποίησιν ξυγγενείας τισι, καὶ μὴ ὖσαν, καταλείπειν. De promiscua syntaxi, qua recto æque atque regenti sequentia respondent, abunde in præcedentibus. Eadem obtinet in loco præsenti. προσποίησις μὴ ὖσα est, προσποίησις ψευδὴς, & ψευδῶς προσπεποιημένη,

Ariftid. T. I. p. 46. μανία εἴτε ὅσα, εἴτε ψευδῶς θρυλληθεῖσα. ut τ ὅσαν ἀποθεσιν Schol. *Demofth.* III. Ol. princ. expl. τ ἀληθῆ. clarius res patefcet, fi verbalia convertas in fua verba, οἶδα δὲ —— τῶν ἔπειτα ἀνθρώπων προσποιεῖσθαί τισι ψευδῶς ξυγγένειαν καταλείποντας, ᾗ ἧς ἂν ὦσι πατρίδ☉ ταύτῃ αὐχεῖν. *Nofter* L. I. c. 137. vs. 59. γράψας τ τῶν γεφυρῶν, ἣν ψευδῶς προσεποιήσαντο ἐ διάλυσιν. Vs. 2. ἰσομοιρεῖν dum lego, recordor de *Timæo* V. Ἄμοθέν γε ποθέν. cujus expofitio fertur, ἀπό τιν☉ μέρες ἴσημέρε. fed leg. opinor, vel ἰσημοίρε, vel potius ἰσημερῶς. Jactantem quoque feque efferentem hic dum audio Alcibiadem, memoria fubit proverbii, μὴ μέγα λέγε apud *Suid. Apoftol.* & *Diogen.* Cent. VI. No. 70. ubi cum præcedat, μὴ πρὸς ἐμὲ τὰ ποικίλα, recte id quidem explicatur; at perquam male in Prov. Metr. vs. 1004. vertitur, *ad me nihil communia*; nefcio quoque, cur difficultates nectens *Andr. Schottus* alteri, μὴ μέγα λέγε, de quo *Erasmus* in Adag. *ne magna loquaris*, jungendum putet. Vs. 92. νόμῳ τιμὴ, pro τιμὴ νόμιμ☉. Aliquando νόμῳ valet *ex legis præfcripto*, feu *dictamine legis*, *fecundum legem*, vel ut *Ovidius*, *legis juffu*. *Plat.* IX. Legg. 660. B. τῷ νόμῳ ἐκβάλλειν ἄταφον. prorfus ut Lat. le-

lege. Vid. Cl. *Burm.* ad *Calp.* Declam. p. 820.

Cap. XVIII. vs. 76. Φιλοκρινοῖεν. Eadem ſcripturæ diſcrepantia, quæ hic in Codd. obſervatur in *Euſeb.* Hiſtor. Eccleſ. notante *H. Valeſ.* p. 193. fin. Vs. 80. præſens verbi εἶμι cum compoſitis ubique vice ſimul fungi Futuri, monui *Obſ. Miſc.* Vol. III. p. 150. add. Not. in *Thom. Mag.* p. 337. Peculiaribus quibusdam, tam in conſtructione, quam ſignificatione, de quo in *Diluc.* jungi poterit ὑπεροφᾶν apud *Herodot.* VII. c. 36. ubi ponti ſcribit φραγμὸν παρείρυσαν ἵνα μὴ σοβέηται τὰ ὑποζύγια τ̃ θάλασσαν ὑπερορῶντα. i. e. ὑπὲρ τ̃ ζεῦξιν ὁρῶντα τ̃ θάλασσαν. quomodo ὑπεραίρουσι τοῦ ῥεύματος Elephantes, i. e. *eminent*, *Philoſtr.* Vit. Ap. II. c. 15. In *Diod. Sic.* L. I. c. 74. ἐπωάζειν διὰ τ̃ ὀρνίθων Scholion exponit per τιθέναι ὠὰ ὑπὸ τὰς ὄρνις, proprie notat, ποιεῖν ἐπωάζειν καὶ ἐκλέπεσθαι τὰ ὠὰ διὰ τ̃ ὀρνίθων. Apud *Plat.* VII. de Rep. 483. C. προσέχειν τι πρὸς τινὶ, *habere inſuper*. Διαφορὰ *præſtantia* ibidem Tim. 524. E. διαβάλλειν φιλίαν Ep. VII. p. 718. C. διαχέειν, pro μεταχέειν *transfundere*, in *Herodot.* VI. c. 119. ἄγειν καὶ φέρειν τινὶ, *adferre*, *Plat.* VII. Legg. 639. C. ut fere *Diod. Sic.* T. II. p. 390. vs. 71. ubi *Weſſel.* τυγχάνειν δίκης idem

quod διδόναι δίκην, quocum permutat *Plat.* IX. Legg. 663. A. Gorg. 291. E. ἀδικῶν εὐδαίμων ἔσται, ἂν τυγχάνῃ δίκης καὶ τιμωρίας. In *Eurip.* Phœn. vs. 300. obtinente librorum ſcriptura, γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ σε, ſimili fere conſtructione dictum erit, qua apud *Pauſ.* Eliac. p. 392. καθεύδοντας ὑπεστρῶσθαι φύλλα. p. 426. παρθένος ἐπικειμένη κάλυμμα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. p. 449. ὁ Ἑρμῆς ἐπικείμενος τῇ κεφαλῇ κυνῆν. quod vulgatiori ſyntaxi p. 436. ἐπίκειται αὐτῷ τῇ κεφαλῇ στέφανος ἄνθη τὰ ἠρινά. Rariſſime quoque invenias ſimile huic *Plat.* X. de Rep. 521. fin. ἐὰν ἐμοὶ πειθώμεθα. quod dictum ad inſtar ἐμοὶ δοκοῦμεν & ἐμοὶ φαινόμεθα. Pag. 522. F. τοὺς ἀναξίους εἰς τὴν τῶν ἐπανιόντων χώραν μεταλλάττειν. niſi forte leg. μετατάττειν. Ad *Herodoteam* dictionem, πᾶν ἐστὶ ἄνθρωπος συμφορὴ, pro κατ' aut εἰς πᾶν *in omnibus*, accedit nonnihil τοῦτο πᾶς ὁ ἄνθρωπος *Ecclеſ.* c. XII. com. 13. Verba vs. 69. ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνοι ἡμῖν, non aliud admittunt ſupplementum, quam quod poſt Schol. Cod. *Baſil.* expreſſit interpres, ut ſcil. ex prævio βοηθοῖμεν adſumatur, ἐβοήθησαν.

—— Vs. 84. Μὴ ἀνιέναι. Infra c. 86. οὐκ ἀνιᾶσι. *Xen.* VI. K. A. 583. οὐδαμῆ ζῶντα ἀνιέναι. *Æl.* de Anim. I. c. 5. ὁ μὲν ἀποσείσασθαι καὶ ἀποκροῦσαι σπεύδει αὐτούς· οἱ δὲ οὐκ ἀνιᾶσι. Vs. 94. in

instructuræ ordine *Diluc.* p. 585. proposito, cum suo loco collocatum non sit, τῷ εἰκότι, sic ordinanda accipe, καὶ ἅμα ἡ πάσης τῆς Ἑλλάδος τῷ εἰκότι ἄρξομεν, τῶν ἐκεῖ προσγενομένων, ἡ —— Vs. 9. dum lego, τὸ φαῦλον καὶ τὸ μέσον συγκραθὲν, meminisse id me facit *Æl.* de Anim. XI. c. 1. ὅταν οἱ κιθαρισταὶ συγκεκράγωσι τῷ χορῷ παναρμόνιον μέλος. Sed qui dederat forte συγκεράσωσι.

Cap. XXII. vs. 81. Πρὸς μέρος. *Plat.* V. de Rep. 462. C. ἀπεικάζειν εὖ οἰκουμένην πόλιν σώματι πρὸς μέρος αὐτοῦ λύπης τε πέρι καὶ ἡδονῆς ὡς ἔχει. & XI. Legg. 679. D. ἐὰν πλείους ὦσι, liberi, πρὸς μέρος ὁ πατὴρ, ὅπη ἂν ἐθέλῃ, νεμέτω τὰ περιόντα τοῦ κλήρου. Per proxime præcedens πεφρυγμένας κριθὰς, quia Grammatici veteres explicant V. κάγχρυς, suspicatur hinc doctissimus *Piersonus* Not. ad *Moer. Attic.* p. 213. glossema vocis genuinæ locum occupasse.

Cap. XXV. vs. 40. Ἤν τι δύνωνται. Non infert hæc loquendi formula dubitationem, sed ἤν τι & εἴ τι valet ὅ, τι, *quantum potest, pro viribus, quoad ejus fieri potest*, ὅσον δύνασαι, ut *Xen.* VII. K. A. 591. & τὸ ἐπὶ τῷ, aut τὸ κατὰ τὸ, ut idem L. VI. p. 507. ubi Not. *Ovidio, namque potes.* Passim ita *Plat.* I. de Rep. 415. E. πρὸς ταῦτα κακούργει καὶ συκοφάντει,

εἰ

εἴ τι δύνασαι, οὐδέν σου παρίεμαι· ἀλλ' οὐ μὴ οἷός τε ᾖς. ubi & rariorem usum notes τοῦ παρίεμαι, pro παραιτοῦμαι, ex ἵεμαι *cupio*. Cujus loco multo usitatius ἐφίεμαι, cui contrarium ἀπαρνοῦμαι IV. de Rep. 452. C. vid. *Timæus* in Lex. ibique Cl. *Rhunken.* Rursus *Plat.* Lach. 252. C. ἐπορῶσι βοήθησον εἴ τινα ἔχεις δύναμιν. III. Legg. 592. C. βασιλέως διδόντος παῤῥησίαν, καὶ τιμῶντος τοὺς εἴ τι δυναμένους συμβουλεύειν. *Marc.* c. IX. com. 22. εἴ τι δύνασαι βοήθησον ἡμῖν, quod interpres & *Raphel.* Annot. ex *Xenoph.* haud accipere debebant, ceu ab homine animo fluctuante dictum. Sed scil. ita ut intelligeret, movebat virum Rev. comma sequens.

Cap. XXVIII. vs. 70. Μετὰ παιδιᾶς. Apud *Plat.* IX. Legg. 656. E. levissimo errore scriptum cum legeret *Ficinus*, παιδίᾳ χρώμενος, vertit, *in ætate puerili constitutus*, atque inde in Lex. transiit παιδία. Ipsum illud παιδιᾷ χρώμενος habet quoque *Aristid.* T. I. p. 481. Sequitur continuo, ὧν τὸν Ἀλκιβιάδην ἐπῃτιῶντο, quo de verbo, ut simplici αἰτιᾶσθαι vid. Cl. *Valcken.* ad *Eurip.* Phœn. p. 238.

Cap. XXXI. vs. 45. Ἐπιφορὰς ut Schol. per ἐπιδόσεις exponit, sic δόσιν καὶ ἐπιφορὰν junxit *Plat.* Crat. 276. D. Conf. *Diod. Sic.* T. II. p. 233. ubi *Nostri* locus non

præ-

præteriit. Clariſſimum Commentatorem.

Cap. XXXIII. vs. 4. Πείθων γε ἐμαυτὸν, σαφέστερόν τι εἰδὼς λέγειν. Præceſſit, γιγνώσκω ὅτι οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι λέγοντες, οὐ πείθουσιν, eo ſe referunt verba, πείθων γε ἐμαυτὸν &c. nempe εἰμὶ, idque pro πειθόμενος γε σαφέστερόν τι εἰδέναι λέγειν, vel ὡς σαφ. τι εἰδὼς, nempe οὐκ ἐπιχήσω, quod præcedit.

Cap. XXXIV. vs. 49. Ἤτοι κρύφα γε &c. Simile illud *Plat.* Lyſ. p. 108. fin. ἐμποδίζουσι πάντες, καθ' ὅ, τι ἂν δύνωνται, οὐ μόνον οἱ ἀλλότριοι ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ ἡ μήτηρ, καὶ εἴ τι τούτων οἰκειότερόν ἐστιν. Add. hic Schol. Cod. Caſſel. Tum ἐξ ἑνός γε του τρόπου, ut ἐκ παντὸς τρόπου infra c. 92. & *Xen.* VII. K. A. p. 601. Vs. 66. in diſcretione alterum pronomen omiſſum, velut in *Plat.* Tim. p. 126. ult. ἀγαπᾷν χρὴ μεμνημένον, ὡς ὁ λέγων, ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν. Vs. 77. in πολιορκοῖντο ex ἀποροῖεν ſi intelligas, τῇ ἀπορίᾳ, locutio emerget, qualis illa *Plat.* III. Legg. 597. E. στενοχωρίᾳ γῆς πολιορκεῖσθαι.

—— Vs. 1. Τῇ ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς δυνάμει. Quam hujus loci occaſione proprietatem eſſe vidimus verborum, plenitudinem ſignificantium, aut ſubindicantium, ut nonnunquam Genitivum pro

ſexto caſu admittant, idem docemur exemplo *Diod. Sic.* L. XI. c. 7. τέλος δὲ Ξέρξης πάντα τ περὶ τὰς παρόδυς τόπον νεκρῶν (ὁρῶν) ἐςρωμένον. pro πεπληρωμένον, ut *ſternere humum* veteres Grammatici in *Horat.* IV. Carm. 14. expl. per *implere* & *obtegere humum.* & iterum *ſternere nemus foliis* L. III. Od. 16. vs. 9. Qua & ſola, non alia ratione, procedere debuiſſent Grammatici veteres, ſtructuram expedituri in *Eurip.* Phœn. vs. 647. κατοικίσαι πεδία πυρφόρα δόμων. quod verbis *Suetonii* foret, *frequentare campos frugiferos ædificiis incolisve.* Ut in poſterum eſſent κατοικῦσαι πόλεις ἐν τοῖς [πυρφόροις] πεδίοις, uti loquitur *Plat.* III. Legg. 585. D. *Noſter* L. I. c. 8. κατῴκιζε, Minos, τὰς πολλὰς νήσυς, quod ad *Euripidis* ῥῆσιν formatum foret, κατῴκιζε τὰς πολλὰς νήσυς δόμων, aut πόλεων, aut ἀποικιῶν. Verum tu vide peringenioſam de Tragici loco *Valckenarii* conjecturam. Mihi oſtendiſſe ſufficit, quo pacto ſtructura procedere videatur. Tum quemadmodum locutionem, κτίσαι χῶραν &c. uſitatam docuit *Cuper.* Obſ. L. III. c. 9. & *Wesſeling.* Obſerv. II. p. 208. ita ſæpe πόλισασθαι. Apud *Dion. Halic.* L. I. p. 24. vs. 24. τ Ῥώμην οἱ ἔκγονοι, Pelasgorum & Aboriginum, ἐπολίσαντο. p. 25. ult.

συμ-

συμπεπολισμένα χωρία. add. p. 35. vs. 40. *Pauſ.* Eliac. 440. 447. *Ariſtid.* T. I. p. 36. III. p. 584. τόπον πολίζειν ex *Plutarcho* citant Lexica.

—— Vs. 2. Πείθεσθε οὖν —— ξυμβῆναι. Intelligi volunt hoc inſtituto ſtructuræ ordine: πείθεσθε οὖν —— τολμήσαντες· εἰ δὲ μὴ (n. τοῦτο βούλεσθε ποιεῖν) ὅτι τάχιστα ἑτοιμάζειν (θέλετε) τἄλλα ἐς τὸν πόλεμον· καὶ παρασκευάζεσθαι (ποιεῖτε) παντὶ, τὸ μὲν καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας ἐν τῇ τῶν ἔργων δείκνυσθαι ἀλκῇ· τὸ δὲ πράσσειν ἤδη ὡς ἐπικινδύνους (ſeu ut alii Codd. ἐπὶ κινδύνου) μετὰ φόβου τὰς παρασκευὰς ἀσφαλεστάτας νομίσαντας, χρησιμώτατα ἂν ξυμβῆναι. Infinit. loco Imperat. per ellipſin, exempla poſt alios dant *Diluc.* p. 734. ἤδη eſt, ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ οὐκ εἰς ἀναβολὰς, ut vidimus ibid. p. 368.

Cap. XXXV. vs. 13. Ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν —— τοῖς δὲ —— Eadem ſtructura variata *Eurip.* Phœn. vs. 1471. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις, οἱ μὲν —— οἱ δὲ —— ubi recte *Euſtath.* ad Iliad. B. p. 179. vs. 15. citante quoque Cl. *Valckenario*, σολοικοφανὲς ſtatuit. Nec diſſentit Schol. ſupplens λέγοντες. Debebat ſupplere ἔλεγον, ut Cl. *L. Bos* in Ellipſ. Gr. Probarem ſupplementum, ſi in ejusdem generis exemplis aliis eo uti poſſemus, quod cum non admittat

v. gr. quod ſupra occurrit c. 24. vs. 17. ἔρως ἐνέπεσε τοῖς —— εὐέλπιδες ὄντες, referam ego ad ſyneſin. Nam quod provocat Vir doctiſſimus ad locum *Herodot.* L. I. c. 82. αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔφασαν νικᾷν, λέγοντες οἱ μὲ —— οἱ δὲ —— is vereor ut ellipſi illi faveat, & ne participium λέγοντες, more ei ſcriptori fere proprio, frequenti certe præ aliis, ex abundanti adjectum ſit; utpote ſine quo ſyntaxi ſua ratio conſtat. Loca, quæ deſigno, habet *Stolberg.* ad ejusdem pleonasmi exemplum in *Soph.* Ajac. vs. 769. Ego in ἦν δ' ἔρις e vs. 1469. adſumam ἀπὸ κοινοῦ genitivum λόγων. Sed nec alio modo conſtructionem expedias apud *Luc.* Actor. c. XV. com. 22. ſeqq. ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις —— ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι —— γράψαντες —— ἔδοξεν ἡμῖν —— ἐκλεξαμένους ἄνδρας πέμψαι. Accuſat. ἐκλεξαμένους ut ſubſiſtat, abunde oſtenderunt cum alii, tum noviſſime doctiſſimus *Krebſius* ad *Decret. Athen.* p. 78. Conf. Cl. *Duker.* Not in *Noſtri* L. VII. c. 57. vs. 72. At circa Nominat. γράψαντες hærent interpretes; is vero pendet vel ab ἔδοξε τοῖς, quod in re idem atque ἐδόκουν, vel ab ἔκριναν com. 19. Prorſus ut *Noſter* ſupra c. 25. vs. 36. ſermonem cum inſtituiſſet a δοκῶσι, ſic ſi-

finit eum vs. 43. ἣν δοκῇ ἑτοιμασάμενοι ἄξειν. Vides nec heic Nominativum respondere τῷ δοκῇ, sed remotiori δοκῶσι. Parilis imo eadem ratio est ejus, quod legitur apud Auctorem Gest. S. S. Apost. Petri & Pauli in *Fabricii* Bibl. Gr. Vol. XIV. p. 36. συνέδριον οὖν ποιήσαντες πάντες οἱ Ἰουδαῖοι —— κατὰ τοῦ Παύλου, ἔδοξεν αὐτοῖς προσελθεῖν Νέρωνι —— ποιήσαντες οὖν εὐπρεπῆ (leg. εὐτρεπῆ. eandemque maculam abstergas *Porph.* de Abst. L. I. p. 91.) οὐκ ὀλίγα δῶρα, καὶ βαστάσαντες μεθ' ἑαυτῶν μετὰ δεήσεως προσῆλθον. Nec recedit hinc multum quod supra L. III. c. 36. sive cum *Duk.* ad L. VII. c. 42. vs. 27. & c. 70. vs. 18. ἐπικαλοῦντες construxeris cum ἔδοξεν αὐτοῖς, sive cum γνώμας ἐποιοῦντο. Infra c. 61. vs. 80. θεραπεύοντες per hyperbaton loco suo motum videtur, & statim excipere debuisse verba vs. 76. atque hunc fere in modum sermo deducendus: βουλόμενοι μὲν αὐτὸν ἐς κρίσιν ἀγαγόντες ἀποκτεῖναι· θεραπεύοντες δὲ τό τε πρὸς τοὺς —— ξυστρατεύειν· πέμπουσιν οὕτω —— ξυλλαμβάνειν δὲ μή. Cl. *Dukerus* in Not. ad L. VII. c. 42. θεραπεύοντες construxisse videtur cum εἴρητο, nec ad mittentes Athenienses, sed ad missos in navi Salaminia retulisse.

Cap. XXXVI. vs. 31. Ὅπως τῷ κοινῷ φόβῳ τὸ σφέ-

σφέτερον ἐπηλυγάζωνται. Ob diſcrimen, quod heic quoque ſatis manifeſto ſe prodit inter δεδιέναι & φόβος, ex δεδιότες repetere debueram δέος, non ex φόβῳ. Pariliter ὄνομα ex ἐπίκλησις adſciſci vult apud *Pauſ.* Arcad. p. 666. ubi Veneris ἀγάλματα τρία memorans addit, ἐπίκλησιν δὲ οὐρανία, τῇ δ' ἐπὶ πάνδημος· τρίτῃ δὲ οὐδὲν ἔθεντο. Idem vocabulum e præcedentibus ſubaudiendum reliquit *Plat.* Tim. 539. fin. τῇ δὲ μάχῃ καὶ τῷ σεισμῷ τούτῳ τρόμος καὶ ῥῖγος ἐπέθη. & ex καλοῦσιν *Eurip.* Phœn. vs. 12. ubi coſulendus Cl. *Valcken.* nonnulla quoque dant noſtræ Anim. ad *Æſch.* L. I. p. 141. & II. p. 419. In *Herodot.* II. c. 22. ἀπὸ τῶν θερμοτέρων τόπων, Nilus, ῥέων ἐς τὰ ψυχρότερα, ſupple μέρη, vel potius χωρία. De proprietate & uſu verbi ἐπηλυγάζειν adeundus *Rhunkenius* ad *Timæi* Lex. p. 86. ſeq. Vs. 24. βούλεται eſt *cenſet*, *exiſtimat*, *opinatur*, ut *Lat. velle*.

——Vs. 33. Καὶ νῦν αὖται αἱ ἀγγελίαι τοῦτο δύνανται οὐκ ἀπὸ ταυτομάτου, ἐκ δὲ ἀνδρῶν, οἵπερ ἀεὶ τάδε κινοῦσι, ξύγκεινται. Si δὲ ſumſeris pro γὰρ, conſtructio erit, καὶ νῦν αὖ. αἱ ἀγ. τ. δύν. ξύγκειται γὰρ ἐξ ἀν. οἵπερ ἀεὶ τάδε κιν. οὐκ ἀπὸ ταυτ. Verum jungere malim, δύνανται οὐκ ἀπὸ ταυτομάτου, & quem auctor verbis dedit ordinem ſervare. Sic δύνανται

ἀπὸ

ἀπὸ τοῦ supra L. IV. c. 105. Ἀπὸ ταὐτομάτου *Cyrilli* Lex. Msc. explanat per ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ κατὰ τυχαίαν φοράν. Δὲ pro γὰρ est c. 48. vs. 98. ὁ δὲ νόμος &c. Et ita in *Eurip.* Phœn. vs. 705. accepit Schol. ubi repetitio τοῦ ἐπῆλθον ob præmissum πολλὰ, cui inde poëta subdit memoratque loca, quæ Eteoclem quærens Creon lustrarit, mihi non displicet.

Cap. XXXVII. vs. 57. Παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω. *Plat.* Socr. Apol. 366. fin. θαυμάζω ἑκατέρων τῶν ψήφων τὸν γεγονότα ἀριθμόν· οὐ γὰρ ᾤμην οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολύ. *Paus.* Lac. 254. παρὰ πολὺ γενομένης τῆς νίκης, *victoria longe superiores.* Mess. 291. αἱ γνῶμαι παρὰ πολὺ διάφοροι ἐγένοντο. & ita quod habuinus in *Diluc.* παρὰ μικρὸν ἀπολέσθαι. *Apul.* I. Milef. p. 3. scripsit *minimo minus perire.* Vid. & quæ Cl. *Wesselingius* ad *Diod. Sic.* T. I. p. 719. De structuræ ratione, si ἧς φασιν legeretur vs. 47. abunde *Diluc.* p. 248. ibidemque de ordinandis ac supplendis inde a vs. 49. ad 65. tantum post ὅσαι Συρακοῦσαί εἰσιν, inseri velim contextus verba, ἔλθοιεν ἔχοντες.

Cap. XXXVIII. vs. 75. Καὶ δέδοικα μέντοι —— ἐπεξελθεῖν. Τὸ ἑξῆς· καὶ δέδοικα μέντοι μήποτε πολλὰ πειρῶντες καὶ κατορθ. ἡμ. δὲ κακ. ὦμεν καὶ προφ. πρὶν (εἶναι aut γενέσθαι) ἐν τῷ κα-

χῶ, καὶ αἰσθόμενοι (κακοὶ ὦμεν) ἐπεξελθεῖν. Neque aliter interpres intellexisse videtur. Vs. 87. per τοὺς τὰ τοιαῦτα μηχανωμένους iidem intelliguntur, qui c. 36. ἄνδρες ἐξ ὧν αἱ ἀγγελίαι ξύγκειν]. Junxitque *Lys.* Orat. Apol. in Sim. p. 32. fin. Edit. *Tayl.* minor. πάντα αὐτῷ ταῦτα σύγκειτ] καὶ μεμηχάνητ].

—— Vs. 96. Καὶ δῆτα —— ἀξιοῦσθαι. Negant hæc quoque intelligi, nisi suppleantur nonnulla brevitatis ergo omissa, καὶ δῆτα —— τί. καὶ βούλ. ὦ νεώτεροι; πότ. ἄρχ. ἤδη (βούλεσθε;) ἀλλ' οὐκ ἔν. (ἐστι) ὁ δὲ νόμ. μᾶλ. ἐθ. ἐκ τοῦ μὴ δύν. ὑμ. (ἄρχειν) ἢ (ἐκ τοῦ) ἀτιμάζειν (ὑμᾶς) δυναμένους (ἄρχειν) ἀλλὰ δὴ μὴ (βούλεσθε) μετὰ πολ. ἰσονομεῖσθαι; καὶ πῶς δίκαιον τοὺς αὐτοὺς μὴ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι. Ut iterum bene versio. Ἀλλὰ δὴ *Cyrillus* Lex. Msc. expl. μὴν οὐχὶ ὅτι, ut *Hesych.* qui insuper addit, δυσχεραινόντων δὲ ἡ λέξις. Nos diceremus, *of 't is om dat.* ἰσονομεῖσθαι Schol. Cod. *Cassel.* explicat per ἰσότιμοι εἶναι. Tum καὶ δῆτα, ut in *Æsch.* Eum. vs. 207. est, & *vero, quin etiam.* Per τοὺς ὀλίγους vs. 93. intelligit τοὺς πλουσίους & ὀλιγαρχίας patronos, ut docet cap. seq.

Cap. XXXIX. princ. Οἱ ἔχοντες τὰ χρήματα, καὶ ἄρχειν ἄριστα βέλτιστοι. Per τοὺς ἔχοντας τὰ χρήματα iidem intelliguntur, qui per

per τὰς ἀρχὰς, & τὰ πράγματα ἔχοντας. Vid. *Pauſ.* Lacon. p. 223. Meſſen. 286. Achaic. 562. 588. Phoc. 886. Verba vs. 18. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν &c. ad finem usque capitis continuant Athenagoræ ſermonem ad Juniores, cœptum vs. 92. τοὺς δ' αὖ ὀλίγους τὰ μὲν ἐλέγχων, τὰ δὲ καὶ διδάσκων· μάλιστα γὰρ δοκῶ ἄν μοι οὕτως ἀποτρέπειν τῆς κακουργίας &c. interpoſitis inde, quæ eos edocet ac commonefacit. Senſus eſt, *hæc jam a me edocti*, vel *his jam intellectis*, *ſi etiam nunc non animadvertitis*, *vos perniciosſam rem affectare* &c.

Cap. XL. vs. 35. Αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς σκοποῦσα. *Herodot.* VII. c. 10. σὺ οὖν προσκεψάμενος ἐπὶ σεωϋτοῦ. Quod & καθ' ἑαυτόν. *Plat.* Phæd. 385. C. ὅταν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν σκοπῇ. add. ibid. mox iterum, & Tim. p. 535. B. Conv. p. 318. E. πᾶσα πρᾶξις αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη οὔτε καλὴ οὔτε αἰσχρά.

Cap. XLIV. Ἐνταῦθα ἤδη. Ut οὕτως ἤδη, ἔπειτ' ἤδη, τότε ἤδη frequenter juncta. *Plat.* Alc. II. p. 43. F. τὸ τηνικαῦτα ἤδη. reliqua invenies Cratyl. 273. G. Phæd. 388. E. Theæt. 120. G. Lach. 247. A. H. &c. Forte quoque τότ' ἤδη, vel σὺν τότ' ἤδη, pro τοῦτ' ἤδη leg. in *Xen.* V. K. Π. p. 348.

Cap. XLVI. vs. 54. Οἱ ἐκ τῶν τριηρῶν Ἀθηναῖοι. Vim atque uſum locutionis,

τὸ καὶ τὸ ἐξ ἀνθρώπων, cujus hunc ad locum mentionem fecimus, frequens licet sit, tamen nulli interpretum recte perceptam, cum pridem ostendimus, tum Notæ docent ad *Æl.* de Anim. L. II. c. 21. ad *Lys.* p. 258. & *Th. Mag.* p. 359. *Herodoti* interpres quantum aberrarit in reddendis istis L. II. cap. 148. εἰ γάρ τις τὰ ἐξ Ἑλλήνων τείχεά τε καὶ ἔργων ἀπόδεξιν συλλογίσαιτο. utque verti debuerit, ibi parebit. Apud *Xiph.* in Tiberio p. 233. omissa prorsus in versione verba, αὐτὸς ἑαυτὸν πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακὰ ἔλεγε. Nec *Ficino* successit conatus, illa *Plat.* in Theæt. p. 126. D. μάλα μυρίοι δῆτα, οἵγε μοι τὰ ἐξ ἀνθρώπων πράγματα παρέχουσιν, interpretanti, *quamplurimi sunt, qui mihi* ex hominibus *negotia facessunt.* Quid quod ne antiquioribus quidem criticis ejus indoles satis fuit perspecta. Schol. Cod. *Palat.* & *Acciajoli* in *Philostr.* VI. V. A. c. 20. τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγὰς illustrante, per πάσας κατ' ἀνθρώπων. Inedito autem *Æschynis* scholiaste apud Cl. *Taylor.* ad *Lysiam* l. c. mire fluctuante, dum expl. ἢ τὰς ἀπολλύναι δυναμένας, καὶ οἱονεὶ ἐξ ἀνθρώπων ποιῆσαι, ἢ ἃς εἰκὸς ἀνθρώπους παραχεῖν, ἢ ὅσαι εἰσὶν ἐν ἀνθρώποις. Mihi verbis Græcis vix aptius exponi posse videtur, quam hi-

hiſce, ὅσας δυνατός τις ὑπ' ἀνθρώπων πάσχειν, duce *Plat.* IX. Legg. 683. B. ἀπόρρητον μηδὲν ποιεῖσθαι, ὅσον δυνατὸς ἄνθρωπος πάσχειν ἢ τίνειν. In *Æl.* XIV. Anim. c. 28. ut hoc obiter addam, inſerto articulo, legendum puto, ἐμοὶ δὲ τὰ ἐκ τῶν θεῶν ἵλεω ἔςω. Verbo ἐπιδεῖξαι, quod ſtatim ſe offert vs. 43. cum locus non ſit in *M. Anton.* L. V. §. 9. οὕτως γὰρ οὐδὲν ἐπιδείξει τὸ πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ. & variæ ſint eruditorum emendationes, mihi venit in mentem, ſcriptumne forſan fuerit, ἔτι λήξει, *ita nihil amplius* ceſſare faciet *rationi obſequi.*

Cap. LIII. vs. 77. Τῶν ςρατιωτῶν μεμηνυμένων περὶ τῶν μυςηρίων ὡς ἀσεβούντων. Quod in *Diluc.* dixi, me, licet περὶ τῶν μυςηρίων conſtrui præferam cum μεμηνυμένων, quam ἀσεβούντων, non tamen ideo proſcriptam velle ſyntaxin ἀσεβεῖν περὶ τοῦ, quia Græci in talibus promiſcue utantur caſu ſecundo & quarto; id nunc paulo pluribus oſtendere lubet. Ut igitur notiſſima eſt ſtructura δεινὸς περὶ τι, ſic περὶ τινὸς ſcripſit *Plat.* Jon. p. 143. F. 144. A. Protag. 205. A. Crat. 273. fin. eodemque modo ἀγαθὸς ac ψευδὴς περὶ τοῦ & τὸ eodem in loco Hipp. Min. 231. E. πιςεύειν περὶ τὸ XI. Legg. 680. ult. ἀπιςεῖν περὶ τοῦ apud *Plutarchum*, ceu rari exem-

pli, obſervandum duxit *H. Steph.* at non aliter *Plat.* Phæd. p. 397. F. ἀπιστίαν ἔτι ἔχειν περὶ τῶν εἰρημένων. Idem Lach. 252. F. & IX. Legg. 656. A. εἰδέναι τι περὶ τόν. *Teles* apud *Stob.* Tit. 38. p. 231. ἡ περὶ ταφῆς ἄγνοια. quod non mutem; ἄγνοια ſumam pro ἀμαθία, qui diſcrimen nullum intereſſe didicit, quocunque modo mortuus ac ſepultus putreſcat, ut innuunt ſeqq. ἄνοια, quomodo præterea malit legere Vir Cl. ad *Eurip.* Phœn. p. 489. magis, opinor, conveniret, ſi de inſanis in funera impenſis ſermo eſſet. Sed nec, quem eſſe exiſtimat ad *Heſychium* doctiſſimus commentator, inter Schol. *Soph.* ad Electr. vs. 583. & *Ammonium* de voce ἄγνοια diſſenſum detego; ille de differentia agit inter ἄγνοιαν & ἄνοιαν, hic ἀγνοεῖν inter & ἀμφαγνοεῖν. Sed ad propoſitum. Rurſus *Plat.* Menex. 409. A. νόμους τιθέναι περὶ τοὺς. Jon. 144. A. οὐ περὶ πολέμου τε τὰ πολλὰ διελήλυθεν, Homerus, καὶ περὶ θεῶν, καὶ γενέσεις θεῶν καὶ Ἡρώων. ubi ſi recte ſe habet locus, utriusque regiminis præbet exemplum. Phraſium ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι & πραγματεύεσθαι περὶ τὸ ac τοῦ Lexicographi exempla non ignorant. Λιπαρῆ εἶναι περὶ τοῦ eſt in Crat. p. 269. C. quod Hipp. Min. 233. D. λιπαρῆ εἶναι πρὸς τὰ Phæd.

Phæd. 379. D. & qui inde transtulit *Plut.* T. II. p. 108. ἀσχολίαν ἄγειν περὶ τοῦ. X. Legg. 514. G. βουλεύεσθαι περὶ τό. II. de Rep. 421. E. ἀπόδειξις περὶ τοῦ. IX. Legg. 656. D. ἐλπίδων καὶ δόξης τῆς ἀληθοῦς περὶ τὸ ἄριστον ἔφεσις. Epist. II. p. 707. B. ὠδὶς περὶ τοῦ. III. de Rep. 444. fin. παρασκευάσασθαι φύλακας περὶ οἰκήσεως. VIII. Legg. 649. D. ἀναγώνιστος περὶ ἀρετῆς. L. XII. p. 690. B. ἐποπτεύειν περὶ νόμους. *Æsch.* Suppl. vs. 240. εἴρηκας ἀμφὶ κόσμον ἀψευδῆ λόγον. at vs. 623. ἀμφ' ἡμῶν λέγων. *Aristid.* T. II. p. 322. δέεσθαι περὶ τοῦ. *Noster* L. VIII. c. 95. vs. 73. βοηθεῖν περὶ τῶν μεγίστων. *Xen.* VII. K. A. 578. ψευσθῆναι περὶ τοῦ μισθοῦ. *Herodot.* VII. c. 172. τὰ ἀμείνω φρονῆσαι περὶ τὴν Ἑλλάδα. L. VIII. c. 85. περὶ τούτους οὕτως εἶχε. *Plat.* Ep. II. p. 707. B. ὀρέγεσθαι περὶ τό. At Politic. p. 176. C. ἐπιθυμίας ἔχειν περὶ τοῦ, ut γλίχεσθαι apud *Herodotum.* Librariis tribuerim quod Cod. *Reg.* 2. omissa præpositione in *Diod. Sic.* L. XV. c. 28. fine præbet, τῆς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῆς ποιεῖσθαι φροντίδα. reliquis cum Editt. addentibus περὶ, quod exquisitius. Sed & mendæ suspicionem *Sylburgio* obortam perire existimem in illo *Paus.* Att. p. 97. τὴν ναῦν φασι λαβεῖν, Megarenses, περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχήσαντες. & quam ipse aliquando movi in *Herodiani* Commodo p. 481.

τῷ νεωτερίσαι περὶ τοῦ. Similiter σφάλλεσθαι περὶ τοῦ æque ac περὶ τό. *Porphyr.* L. II. de Abst. p. 180. πάντων μὲν οὖν ἴσως ἦν κράτιστον, εὐθὺς λοιπὸν ἀποσχέσθαι· ἐπεὶ δ' ἀναμάρτητος οὐδεὶς, λοιπὸν ἂν (εἴη) ἀκεῖσθαι εἰς ὕστερον, aut εἰς, τὸ ὕστερον (ita lego pro vulgato ἀνακεῖσθαι τοῖς ὕστερον) διὰ τῶν καθαρμῶν τὰς πρόσθε περὶ τῆς τροφῆς ἁμαρτίας. Et quid prohibet uno alteroque ejusdem generis mendo ſcriptorem doctiſſimum hic liberare. Editur p. 130. πομπεύει γὰρ εἰλυσπὸα ἄγρωστις ἐπὶ πυρηνίων ἠγηρίας ὄσπριά —— φθοῖς ὀρθοστάταις χύτρος. ſcripſerat forſan, πομπεύει γὰρ ἕλιξ πόα (*Theocrito* εἰλιτενὴς πόα) ἄγρ. ἐπὶ πυρίνων ἠγητηρίας, aut ἠγητηρίᾳ, —— φθόϊς, vel φθοῖς, ὀρθὸς σταθεὶς χύτρος. L. III. p. 282. ſenſum turbat ἢ μάτην in verbis, οὐδὲ γὰρ ἄνθρωποι πάντες καλῶς ἢ μάτην ἂν ἀγῶνα καὶ νικῶντες ἦσαν καὶ ἡττώμενοι. ſed dederat ni fallor, ναὶ μὰ τὸν —— Libro itidem IV. p. 408. pro ὑποσημαίνοντι leg. ὑπὸ σημαίνοντι, in iſtis, εἰσελθόντων εἰς τὸν οἶκον ὑποσημαίνοντι κώδωνι οἱ μὴ Σαμαναῖοι ἐξίασιν. Obtinet eadem ſyntaxis in μέλεσθαι & ἐπιμέλεσθαι. conſtructionem περὶ τοῦ docent Lexica, alteram locus *Plat.* X. Legg. p. 683. B. τρεῖς τῶν περὶ γάμους γυναικῶν ἐπιμελούμεναι. quod p. 682. C. αἱ τῶν γάμων ἐπιμελούμεναι γυναῖκες. & prætermiſſo participio ibid. B. αἱ περὶ γάμους γυναῖκες. Sed

&

& tam agendi quam patiendi ſignificatione uſitatum μέλεσθαι. Poſteriori *Apoll. Rhod.* L. I. vs. 839. ἀνακτορίη μελέσθω σοι καὶ νῆσος. *Æl.* de Anim. VII. c. 2. δεσπόταις πάνυ μέλονται ἐλέφαντες. *Longus* L. II. p. 55. ἀγέλας ἀπηλάσατε τὰς ἐμοὶ μελομένας. Conf. *Call.* H. Pall. vs. 138. Dian. vs. 2. & Del. vs. 98. ubi utraque notio obtinebit in εὐαγέων καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην, ſenſus ſi ſit, quem expreſſit verſio. Activa competet *Eurip.* Phœn. vs. 1312. ſi ex Codd. legatur νεκρῶν, uti iterum vs. 764. ſi dedit γάμου aut γάμων σε χρὴ μέλεσθαι. Apud *Artemid.* L. I. c. 40. μελήσεις locum occupaſſe credo τοῦ τεμελήσεις. En verba, εἰ δέ τις ἔτι μελήσεις τῆς κεφαλῆν. *Rigaltius* corrigebat, ἐπιμελήσεις. Μεταμέλειν Nominandi caſui præter *Herodot.* L. VI. c. 63. junxit *Æſch.* Eum. vs. 770. & *Olympiod.* Corp. Byz. T. I. p. 151. C.

Cap. L. vs. 31. Πλεῦσαί τε καὶ κατασκέψασθαι, pro κατασκεψομένους πλεῦσαι, vel πλεύσαντας κατασκέψασθαι. *Plat.* Men. p. 406. F. ὧν χρὴ μεμνῆσθαί τε καὶ ἐπαινεῖν, i. e. ἐπαινοῦντας, aut σὺν ἐπαίνῳ μεμνῆσθαι.

Cap. LIV. vs. 15. Ἐς τὰ ἱερὰ ἔθυον. Ut *Pauſ.* Arcad. 678. προσεύξασθαι ἐς τὸ ὕδωρ καὶ θῦσαι. Vid. ſupra ad L. V. c. 4.

Cap. LX. vs. 44. Λαβὼν τὸ σαφές. L. III. c. 20.

c. 20. fin. ὧν τῶν κλιμάκων ξυμμέτρησιν ὕτως ἔλαβον. ubi recte Schol. expl. ἐνόησαν. *Plat.* V. Legg. 609. A. βεβαίως λαβεῖν, οἷς ἂν ὁ νόμ☉ προστάττῃ λαμβάνειν. quod prius ibid. dixerat νενοηκέναι. Sic αἱρεῖν in Politic. 180. D. II. Legg. 577. E. & ἔχειν supra c. 34. vs. 8. ubi Schol. *Aristoph.* Av. vs. 1460. πάντ' ἔχεις. Conf. Anim. ad *Æsch.* L. II. p. 478. & *Lect. Aristæn.* p. 74. De Polypo *Æl.* Anim. L. I. c. 32. εἰ καὶ τρέποιτο τὴν χρόαν κατὰ τὰς πέτρας, ἔοικεν αὐτῷ τὸ σόφισμα αἱρεῖν οὐδὲ ἐν τούτο. varie ibi verbum αἱρεῖν tentant viri docti. Mihi videtur subsistere eodem prope sensu, quo apud *Aristid.* T. III. p 702. ὥσπερ τὰ μηχανήματα αἱρεῖν πέφυκε ——— οὕτω λόγ☉ εὖ συντεθεὶς τὸ ἑαυτοῦ δρᾷ. ubi per *efficaces esse* vertit *Canterus*. Iterum *Æl.* L. XIV. c. 13. ἐμὲ αἱροῦσι λέγοντες. ut *Plat.* X. de Rep. 515. G. *Herodot.* VII. c. 41. & IV. c. 127. πρότερον δὲ ἢν μὴ (F. ἢ ἢν μὴ) ἡμέας λόγ☉ αἱρῇ, οὐ συμμίξομέν τοι. Sine personæ casu λόγ☉ αἱρεῖ vid. apud *Gatak.* ad *M. Anton.* p. 43. & 112. Vs. 78. ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ut inter alios *Plat.* VI. Legg. 620. C. cujus itidem ἐκ τοῦ παραχρῆμα εὐθὺς L. IX. p. 657. D.

Cap. LXI. vs. 68. Κατέδαρθον ἐν ὅπλοις. Discrimen inter καθεύδειν, κατακεῖσθαι & ἀνα-

ἀναπαύεσθαι, de quo in *Diluc.* adfirmat *Xen.* III. K. A. p. 184. ac 190. ἀνεπαύετο, dicit, ὅπου ἐτύγχανεν ἕκαστος, οὐ δυνάμενοι καθεύδειν ὑπὸ λύπης. & mox ibid. οὕτω μὲν διακείμενοι πάντες ἀνεπαύοντο. *Suid.* ἀναπαύσασθαι τὸ κατακλίνεσθαι ὡς πρὸς ὕπνον. Nec fere aliter ἀνακεῖσθαι, quod a quibusdam Grammaticis & *Phrynicho*, pro *recubare* fumtum haud, opinor, damnari merebatur; nec credo alium is quoque, quam *accumbendi* & *decumbendi* usum reprobavit, dederatque, prout ad *Ammon.* corrigit Cl. *Valcken.* κατάκειται, pro κεῖται. recte quoque *Thom. Mag.* explicat per ἀναπεπτωκέναι & ῥαθυμεῖν, nec tentari debebat. *Charit.* L. VIII. p. 139. vs. 21. ὤφθη Καλλιρρόη ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης ἀνακειμένη. cui certe loco minus convenire existimem κατακειμένη. Vid. *Hesych.* V. ἀναβάδην ac Not. ubi & de phrasi ἀναπαύεσθαι apud *Comicum* Plut. vs. 1124. quam *Jo. Toupius* Em. in *Suid.* p. 27. intelligit *de superiore parte ædium*, ubi pauperculi & infimæ sortis homines ut plurimum degerint, provocans ad Acharn vs. 398. & præcipue vs. 410. quo loco ἀναβάδην ac καταβάδην opponuntur. Permutatum occurrit κατακέκλιντο cum κατακέκλειντο in *Xen.* III. K. A. p. 227. nec quin posterius in lo-

cum, prioris reponendum ſit dubitare ſinit p. 244. nam heic eadem in re, τὺς Ἑλλήνων γυμνῆτας κατέκλεισαν εἴσω τῶν ὅπλων, qua ibi, ψιλοὶ ὄντες εἴσω τῶν ὅπλων κατεκέκλειντο. Unde miror Cl. *Hutchinſ.* remittere huc lectorem, & pro vitioſa lectione citare *Apoll. Rhod.* L. II. vs. 736. Reſtitui idem ſibi verbum velle videtur *Ariſtid.* T. I. p. 532. πολὺν χρόνον πάνυ τῷ οἰκήματι οὐκ ἐξέβην, οὗ κατεκείμην. malim κατα—— aut κατεκεκλείμην. ut p. 530. κατεκεκλείμην θέρους ὥρα. Apud *Longum* L. III. p. 69. πεσοῦσα χιὼν πολλὴ πάσας ἀπέκλεισε τὰς ὁδοὺς, πάντας δὲ κατέκλεισε τοὺς γεωργούς. & p. 72. οὐ αὐλῆς προῆλθεν οὐδεὶς; ἀλλὰ πάντες ἔνδον κατεκέκλειντο. ſic Edit. *Junt.* non ut in *Molliana* κατέκλειντο.

Cap. LXV. vs. 75. Οἱ δὲ στρατηγοὶ μετὰ τοῦ θαρσεῖν καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ καὶ ἄνευ τούτων ἰέναι παρεσκευάζοντο ἐπὶ Κατάνην, ἐπίστευσαν τῷ ἀνθρώπῳ. Subſiſtit, nec video, tantam cur moleſtiam creet interpretibus, παρεσκευάζοντο, hoc ſtructo verborum ordine, οἱ δὲ στρ. μετὰ τοῦ θαρ. καὶ (τοῦ) εἶναι ἐν διανοίᾳ παρεσκευάζοντο (ſive ut Cod. *Cl.* παρεσκευάσαντο) ἰέναι καὶ ἄνευ τούτων ἐπὶ Κατ. *& in animo haberent præter hæc ſeſe comparare ad proficiſcendum adverſus Catanam* —— εἶναι ἐν διανοίᾳ eſt διανοεῖσθαι, ut per verbum explicat quoque Schol. & hinc uſita-

ta

ta loquendi consuetudine cum tempore præterito. Vid. *Th. Mag.* V. βούλομαι p. 164. *Xen.* VII. K. Π. p. 523. ἔοικε πολιορκήσειν παρασκευαζομένῳ.

Cap. LXVIII. vs. 52. Εὖ οἶδ᾽ ὅτι &c. *Plat.* Apol. Socr. 367. D. τί δείσας, ἢ μὴ πάθω τοῦτο —— ἀντὶ τούτου δὴ ἕλωμαί τι ὧν εὖ οἶδ᾽ ὅτι κακῶν ὄντων, τούτου τιμησάμενος. intellige ceu legeres, ἀντὶ τούτου δὲ ἕλωμαί τι τῶν ὄντων κακῶν, ὧν (pro ἃ) εὖ οἶδ᾽ ὅτι ἐστι κακά. similiter σάφ᾽ οἶδ᾽ ὅτι in *Eurip.* Phœn. vs. 1611. & prætermisso ὅτι, *Æsch.* Suppl. vs. 56. οἶδ᾽ ἄελπτά περ ὄντα φανεῖται. Vs. 55. ut ex δεῖ verbum aliud commodum ad sequentia adsciscì velle vidimus, sic ex κελεύουσι repeti vult ἐθέλουσιν, aut simile quid in laudato *Plat.* Dial. p. 367. G. ubi Socrates, Πλάτων καὶ Κρίτων κελεύουσί με τριάκοντα μνῶν τιμήσασθαι, αὐτοὶ δ᾽ ἐγγυᾶσθαι.

Cap. LXIX. vs. 77. Τὰ σφάγια. Meminisse hoc me facit *Plat.* in Crit. p. 564. A. ὃν δ᾽ ἕλοιεν τῶν ταύρων πρὸς τὴν στήλην προσαγαγόντες κατὰ κορυφὴν αὐτῆς ἔσφαττον κατὰ τῶν γραμμάτων. Vertitur ceu legeretur, κατὰ τὰ γεγραμμένα, *in ejus columnæ vertice*, uti scriptis erat mandatum, *protinus jugulabant.* Quum sensus videatur esse, ita mactatam fuisse victimam, ut ejus sanguine scripta in columna madefierent, literasque fluens cruor lave-

Ddd 2 ret.

ret. Notaveram alium errorem interpretis circa κορυφὴν, converſum *ſummam pupillam*, in Alcib. I. p. 37. C. & Menex. p. 406. C. in σφαγίᾳ. Verum otium fecere Viri eruditi, *Bern. Martin.* Var. Lect IV. c. 13. in altero *Holſten.* ad *Steph. Byz.* V. Σφακτηρία. Vs. 90. ut ὑπακούειν & πείθεσθαι uſurpari vidimus, pro εἴκειν, ſic juncta incedunt apud *Nicandri* Schol p. 58. ἡ ὕλη ὑπακούει καὶ πείθεται.

